

This transcription of Copenhagen, Kongelige Bibliotek, Ny Kgl. Sam. 58 (8°) was made for the *Carolingian Canon Law* project, and as such complies with the conventions stipulated by the project's guidelines (<http://ccl.rch.uky.edu/producing-transcriptions>). For a description of this manuscript, see <http://ccl.rch.uky.edu/aboutKob58>.

Chapter numbering for the *Excarpus Cummeani* (PECU.700) has been added in square brackets, and follows that established by Schmitz in his *Die Bussbücher und das kanonische Bussverfahren, nach handschriftlichen Quellen dargestellt* (Düsseldorf, 1898), pp. 597–644.

Chapter numbering for the council of Auxerre (CAUX.561) has been added, and follows that established by de Clercq in his *Concilia Galliae a. 511–a. 695*, CCSL 148A (Turnhout, 1963), pp. 265–72.

Chapter numbering for the Cummean's penitential (PCUM.600) has been added, and follows that established by Bieler in his *The Irish penitentials*, with an appendix by D. A. Binchy, Scriptores Latini Hiberniae 5 (Dublin, 1963), pp. 108–34.

Michael D. Elliot, March, 2015

Copenhagen 58

[f. 1r] horum causa dei iudicio reseruanda est in cuius manus fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium differtur. Nos autem quibus uiuentibus non communicamus. mortuis communicare non possumus.

Source

DLEO.440.544, resp. 8 (PL 54, cols 1205B–1206A)

De redditu uero ecclesię uel oblationem fidelium quattuor faciat portione quarum una sibi reteneat. alteram clericis pro officiorum suorum sed utilitate distribuat Tertiam uero pauperibus et peregrinis. Quartam uero [f. 1v] ecclesiasticis nouerit. reseruandam De quibus diuino erit redditurus iudicio rationem.

Source

DGEL.492.675, 2, partial

INCIPIT EXCARPSUS DE ALIAS PLURES PENITENTIALES ET CANONES

De uitiis gulę uel aebrietatem uel uomitum et discretione ciborum mundis et inmundis et uenat[i]onibus.

[1.1] Si quis episcopus aut aliqui[s] ordinatus in consuetudine uitium habuerit et ebrietatis aut desinat aut deponatur.

[1.2] Si monachus per ebrietate uomitum facit XXX diebus peniteat [f. 2r]

[1.3] Si presbiter aut diaconus XL dies peniteat.

[1.4] Si uero per infirmitate aut qui longo tempore se abstinuerit et in consuetudinem non erat ei multum bibere uel manducare aut pro gaudio in natale domini aut in pascha aut pro alicuius sanctorum commemoratione faciebat et hunc plus non accepit quam decretum est a senioribus nihil nocet Si episcopus iusserit non nocet illi nisi ipse similiter faciat

[1.5] Si laicus fidelis per ebrietatem uomitum facit. XII {corr. XU} diebus peniteat. [f. 2v]

[1.6] Sacerdos si inebretur per ignorantia. UII diebus peniteat

[1.7] Diacon[us] {corr. Diaconi} et monachi quattuor ebdomadas peniteat Subdiaconi tres Clerico duo. Laici una ebdomada peniteat {sic}

[1.8] Qui cogit ut inebrietur humanitatis iniuste gratiae ut ebriosus peniteat Si per odio. ut homicida iudicetur

[1.9] Qui psallere non potest stupens in linguis superponat

[1.10] Qui antecipat oram canonicam et suaui ceteris sumit gulę tantum obtentu cena careat uel duos dies [f. 3r] in pane et aqua uiuat

[1.11] Qui superflua uentris distentionem doloremque saturitatem sentit idem. Si autem ad uomitum sine infirmitate IIII dies

[1.12] Si sacrificium euomerit. XL dies peniteat. Si infirmitatis causam. UII dies Si in ignem proicit. C psalmos cantet. Si uero canes lambuerit talem uomitum. C dies peniteat qui euomit

[1.13] Qui furatur cibum XL dies peniteat. Si iterum III quadragintimas. peniteat Si tertio annum peniteat Si uero quarto iugio exilio sub alio abbe peniteat [f. 3v]

[1.14] Qui manducat carnem inmundam aut morticinam aut dilaceratam a besteis XL dies peniteat Si necessitas contigit nihil est Et qui pro necessitate manducat animal quod inmundum uidetur aut auem aut bestiam non nocet.

[1.15] Qui casu quis inmunda manu cibum tangit uel canes uel pilax aut animal inmundum sanguinem non nocet

[1.16] Qui sanguinem uel quocumque inmundo polluit si nescit qui manducat nihil est Si autem scit iuxta modum pollutionis

[1.17] Qui sanguinem aut semel biberit [f. 4r] III annos peniteat

[1.18] Si aues stercorant in quacumque licore tollatur ab eo stercus et sanctificetur aqua et mundus erit cibus.

[1.19] Si ceciderit sorex in licore tollatur foras et hoc potum aspargatur aqua sanctificata et sumatur si uiuens sit Si mortua fuerit inuenta omne licore proiciatur foras et mundatur uas.

[1.20] Animalia que a lupis seu canibus lacerantur non sunt comedenda. Nisi forte ab hominibus adhuc uiua occidantur prius sed porcis et canibus dentur [f. 4v] Nec ceruus nec capra si mortui inuenti fuerint non manducetur.

[1.21] Aues uero et animalia cetera si in retibus strangulantur non sunt comedenda hominibus nec si accipiter oppresserit. Si mortui inueniuntur quia IIII capitula actos apostolorum precipuant abstinere. a fornicatione et sanguinem et suffocato et idolatria.

[1.22] Pisces licet comedere qui alterius natura sunt.

[1.23] Equum non prohibet tamen consuetudo non est

[1.24] Lepori licet comedere.

[1.25] Apes si occident homines [f. 5r] ipse quoque occidi festinanter. mel tamen manducetur.

[1.26] Si casu porci uel gallinas sanguinem hominis comedunt non abiciendos credimus sed manducatur.

[1.27] Sed qui cadauera mortuorum. lacerantes manducauerint. carnem eorum manducare non licet usque dum macerentur et per anni circulum.

[1.28] Animalia cohitu hominum polluta occidantur. carnes que canibus proiciantur. sed quod generant et sint in usu et coria adsumant ubi autem est [f. 5v] dubium non occidantur

[1.29] Infirmis licet omni hora cibum et potum sumere. quando desiderant et possunt si oportune non possunt.

[1.30] Qui ederit aliquos licores in qvo fuerit mustela uel mortua inuenitur tres superpositionibus peniteat Qui uero nouerit postea quod tale usus est puto superponat.

[1.31] Si in farina aut in aliquo siccato cibo aut pultato cagulato *{corr. coagulato}* uel lacte iste inueniantur bestiole quod sit circa corpora illorum foras proiciatur [f. 6r] omne reliquum sana sumatur fide.

[1.32] Si sanguinem sine uoluntate de dentibus biberit idem cum saliuo non est peccatum.

[1.33] Si quis uenationes aliquas quocumque exerceat clericus anno peniteat.

[1.34] Caticumini manducare non debent cum baptizatis neque gentiles.

[1.35] Uxore que sanguinem uiri sui pro remedium gustauerit. XL diebus peniteat.

[1.36] Sic et illa que semen uiri sui in cibum miscens ut inde plus amoris accipiat tres annos peniteat.

[1.37] Qui contento indicto iejunium in ecclesia [f. 6v] et contra decretum seniorum fecerit. sine quadragensima. XL diebus peniteat. Si autem in quadragisima annum peniteat. Si frequenter fecerit et in consuetudine erit ei. exterminabitur ab ecclesia Domine dicente qui scandalizauerint unum de pusillis istis qui in me credunt et reliqua. {Mt 18, 6}

[1.38] Quidem sui comedens corporis cutem uel scabiem. siue uermiculos qui peduculi nuncupantur sua nec non bibens urinam. stercoraue comedens cum impositione ma[f. 7r]num episcopi annum integrum cum pane et aqua peniteat.

[2.1] EPISCOPI PRESBITERI. DIACONI. fornicatione facientes degradare debent et penetere iudicio episcopi tamen communicent

[2.2] de sodomitas. episcopi XU annos peniteat. *{sic}* presbiteri XII. diaconi UIII. Subdiaconi UIII. Laici V annos peniteant et numquam cum alio dormiat.

[2.3] Frater cum fratre naturale fornicatione per commixtione carnis. XV annos ab omni carne absteneat

[2.4] Si semen in os miserit. VII annos peniteat. alii dicunt [f. 7v] usque ad finem uite

[2.5] Uiri inter femore fornicantes primo annum peniteat. *{sic}* Si iterans duo

[2.6] Inter crura fornicantes si pueris sunt duos annos peniteant. Si uiri tre[s] annos peniteat.

{sic} Si autem in consuetudinem uertun[t] et modus penitentię addatur iudicio sacerdotis

[2.7] Uir semetipsum coinquinans primo. C dies peniteat Iterans annum. Si cum gradu est addat penitentiam. Puer XV annorum. XL dies

[2.8] Qui concupiscit mente fornicare annum peniteat [f. 8r]

[2.22] [*****] {ras.} Episcopus faciens fornicationem degradatus siue VII aut duodecim annos peniteat

[2.23] Presbiter aut diaconus fornicationem naturalem faciens prēlato ante monachi uotum IIII peniteat ueniam omni hora roget superpositiones faciat in unaqueque ebdomada exceptis quinquaginsimis {corr. quinquagensimis} dies post superpositionem panem sine mensura utatur et ferculo aliquatinus butiro inpinguato hoc est quadrantem et die dominico sic uiuat Ceteris uero diebus paximati panis mensura et missio [f. 8v] paruo inpinguato orto oleris ouis paucis formatico himina lactis sistario pro sitis gratia et coque tale puto si operarius est. Lectumque non multum fenum habeat instrato per tres quadragensimas anni addat aliquid putus ei admiserit semper ex intimo corde defluant culpam suam oboedientiam que per omnibus libentissime excipiatur. Post anno et dimidium eucharistia sumat et ad pacem ueniat psalmos cum fratribus canat. ne penitus anima tanto tempore {add. celestis} medicina ieunat intereat. [f. 9r]

[2.24] Si inferiore gradu prius quis monachus IIII. quidem annis sed mensura non grauetur panis si operarius est sistario de lacte romano et alio de tenucla et aqua quantum sufficit pro sitis ardore sumat.

[2.25] Si uero sine uoto monachi presbiter diaconus. si peccauerit sicut monachus sine gradu peniteat.

[2.26] Si autem presbiter aut diaconus pro tale peccatum uoluerit monachus fieri in districto exilii annum et dimidio peniteat. Habeat tamen abba huic rei moderandi [f. 9v] facultate si oboedientia eius placita sit deo et abbati suo

DE ADULTERI ET RAPTORES ET INCESTOS ET UXORES DIMISSAS INLICITA
 TEMPOR[A] NUBENDI UITIA LUXURIANDI UEL CUM PECORIBUS ET QUI P[...]QUAM
 SE DEO UOQUERIT AD SECULU[M] REDIT ET UOTA STULTA

[3.1] Si quis adulterium fecerit id est cum uxore aliena aut sponsa uel uirginem corruperit. Aut sanctimoniale aut deo dicata VII annos peniteat III ex his in pane et aqua. Laici III annos peniteant unum ex his in pane et aqua. Si clericus V. II ex his [f. 10r] in pane et aqua. Subdiaconus VI. duo in pane et aqua. Diaconus et monachi VII. III in pane et aqua Presbiter X. V ex his in pane et aqua. Episcopus XII. V ex his in pane et aqua

[3.2] Si quis clericus uel superioris gradu qui uxorem habuit et præ confusionem uel honorem clericatus iterum eam cognouerit sciat se adulterium commisisse sicut superiore sententia unusquisque iuxta ordine suo peniteat.

[3.3] Si quis concupiscit mulierem alienam et non potest peccare cum ea aut non uult eum susci[f. 10v]pere mulier. Si laicus est. XL diebus peniteat. Si clericus aut monachus. annum peniteat. dimidium in pane et aqua. Diaconus duo annos peniteat.

[3.4] Si quis clericus aut monachus postquam se deo uoyerit ad seculare habitum iterum reuersus fuerit. aut uxorem duxerit. X annos peniteat. IIII ex his in pane et aqua. et numquam postea in coniugio copuletur. Et si noluerint sancta sidonis uel sedis apostolicę separauit eos a communionem et conuiuio catholicorum.

[3.5] Similiter et mulier postquam [f. 11r] se deo uoyerit si tale scelus admiserit pari sententia subiacebit.

[3.6] Si quis presbiter uel diaconus uxorem extraneam duxerit in conscientia populi deponatur.

[3.7] Si quis adulterium perpetrauerit. cum illa et in conscientia uenit populis proiciatur extra ecclesiam et peniteat inter laicos quamdiu uixerit

[3.8] Si quis cum matre quis fornicauerit XV annos peniteat et numquam mutet nisi in dominicis diebus.

[3.9] Qui cum sorore hoc modo XV annos peniteat

[3.10] Si quis cum pecoribus XV annos peniteat [f. 11v]

[3.11] Si quis uir nupserit cum muliere sua retro. XL dies peniteat primo

[3.12] aut si in terga nupserit sic peniteat quomodo de animal

[3.13] Si quis menstruo tempore cohierit cum muliere. XL diebus peniteat

[3.14] Mulieres menstruo tempore non intrent in ecclesia neque communicent nec sanctemoniales nec laicas si presumpserint tres ebdomadas peniteat {sic}

[3.15] Similier peniteat qui intrat in ecclesia ante mundum sanguinis post partum id est XL diebus peniteat.

[3.16] Qui nupserit his temporibus XL diebus peniteat

[3.17] Qui nupserit die dominico [f. 12r] IIII diebus peniteat.

[3.18] Qui in matrimonium est quadraginasimas annis et in sabbatis et dominicis nocte diei {* ras?} et in diebus pluribus maximę quadragisimę dies antequam communicet et concepto semine usque ad mundum sanguinem consummandi et menstrui tempore contenens fieri debet {corr. debit}

[3.19] De dig[n]amus {corr digamus} peniteat uno anno. IIII et VI feria. Et in quattuor quadragisimis absteneat se a carnis non dimittat tamen uxorem suam.

[3.20] Trigatum et superius. id est in quarta uel in V uel plus [f. 12v] VIII annos in IIII feria et in VI et in tris {sic} quadragisimis absteneat se a carnis non separantur. Basilius tamen hoc iudicauit in canone aut IIII anno.

IN CANONE ANQUIRITANA DE INCESTOS

[3.21] Si quis more pecorum cum propinquo sanguine incesti commixti sunt. ante XX etatis. X annos peniteant. exatio {sic} ratione tantum incipient communicare. Post XX uero anni ad communionem cum oblatione suscipiantur Discutiatur autem et uita eorum que fuerit tempore penitentię et ita hac {corr. hanc} [f. 13r] humanitatem consequantur Quod si quis abusi sunt hoc

crimine prolixiore tempore XX annorum estate aut uxores habentes hoc crimen inciderit XXV annos peniteant acta ad communionem cum oblationem permittantur. Et ita post alium quinquennium ad plenam communionem cum oblationem suscipiantur Quod si aliqui uxores habentes et post etatis suę annum in hoc prolapsi sunt ad exitu uitę tantum communione mereantur.

[3.22] Si quis adulterium commiserit. VII annos peniteat completis perfectionis [f. 13v] reddatur secundum pristinos grados.

[–] Peñitentes utiliter si subito mortuus fuerint oblationes eorum recipientur.

[–] Oblationes defunctorum qui retenent excommunicentur.

[–] Ante missa et benedictione data nullus fidelis exeat de ecclesia.

[3.24] Quarta si inuenta fuerit separantur Tertia separantur. In tertia tamen propinqvitate non licet uxorem alterius accipere probitum est. {‘es’ with macron above}

[3.25] Equaliter uir coniungitur in matrimonio eis qui sibi [f. 14r] consanguinei sunt et uxore suę consanguineis post morte uxoris.

[3.26] Duo quoque fratres duas sorores in coniugio possunt habere et pater filiusque matrem et filiam

[3.27] Si laicus fornicauerit cum uidua aut puella. II annos peniteat redditio tamen humiliationis prēgio parentibus eius Si uxorem non habens si uoluntas parentum eorum est ipsa sit uxor eius. Ita ut anni quinque peniteat ambo.

[3.28] Si laicus cum iumento fornicauerit. II annos peniteat si uxorem non habent. Et si habuerit. [f. 14v] unum annum. peniteat Si clericus duo. diaconus III. presbiter V. duo ex his in pane et aqua

[3.29] Clericus semel fornicans V annos peniteat Si genuerit filium. VII annos peniteat sicut et uirgo

[3.30] Qui demiserit uxorem suam alteri coniungens se. VII anni cum tribulatione uel XV leuius peniteat

[3.31] Si ab aliquo sua dicesserit *{corr. discesserit}* uxor et iterum reuersa fuerit suscipiat eam et anno uno cum pane et aqua peniteat *{lacuna (7 characters)}* [f. 15r] uel ipse si aliam duxerit

[3.32] Si quis intrat ad cellam suam uenundet eam. annum I peniteat Si genuerit filium ex ea liberet eam

[3.33] Mulier adultera. IIII annos peniteat.

[3.34] Mulier seipsa coitum habens. III annos peniteat.

[3.35] Si mulier cum muliere. III annos peniteat.

[3.36] Si quis maritus uel si qua mulier uotum habens uirginitatis adiungitur uxore. postea non demittat uxorem sed peniteat III annos.

[3.37] Uota stulta frangenda sunt et non importabilia

[3.38] Mulieri non licet [f. 15v] uotum uouere sine licentia uiri sed *{corr. from seo ?}* si uouerit dimitti potest et peniteat iudicio sacerdotalis

[3.39] Sacerdos si osculatus est femina per desiderio. XXX dies peniteat

[3.40] Si per osculum uel tangendo coinquinatus. XL dies peniteat.

[3.42] Mulier si duobus fratribus nupserit abici eam deuere *{sic}* usque die mortis sed propter humanitatem in extremis suis sacramenta reconciliari oportet Ita tamen ut si forte sanitatem recuperauerit matrimonio soluto ad paeni[f. 16r]tentiam admittatur quod si defuncta fuerit mulier huiusmodi consortio constituta deficilis erit p^{en}itentia remanenti. qua sententia. tam uiri quam mulieres tenere debebunt

[3.43] Puelle que non parentum coacte imperio sed spontaneo iudicio uirginitatis propositum adque habitu susciperunt si postea nuptias diligunt praeuaricant etiam. si consecratio. nun *{sic}* accessit cui utique non fraudulenter munere si in pro[f. 16v]posito permanerent

DE FURTO ET INCENDIO ET SEPULCHRORUM UIOLATORES QUI PATREM EXPULIT
 ET DEPRAEDAT IN HOSTE ET CAPTIUITATE ET FORMA. UEL QUI MARTYRIA
 DISPOLIAT

[4.1] Pecunia ecclesiastica furta siue rapta. reddatur quadruplum popularia duplicitur

[4.2] Si quis aliquid de ministerio sancte ecclesiae furauerit aut neglexerit. VII annos peniteat.
 tres ex his in pane et aqua. et reddat integrum quod abstulit

[4.3] Si quis furtum fecerit. si puer. XL uel XX [f. 17r] dies ut aetas est uel qualitas eruditionis
 Laici annum. Clerici duo. Subdiaconi tres. Diaconi IIII. Presbiteri V. Episcopi VII annos
 peniteant.

[4.4] Si laicus semel furtum fecerit. reddat quod furauit et in quadraginsimis cum pane et aqua
 peniteat. Si sepius fecerit et non habuerit unde reddere. duo annos. in pane at aqua peniteat. et
 alio anno tres quadraginsimis sic postea in pascha reconcilietur

[4.5] Quis sepius furtum fecerit. VII annos peniteat. uelut [f. 17v] sacerdos iudicat iuxta quod
 conponi potest quibus et semper debet reconciliare ei quem offendebant et restituere quod ei
 nocuit et multum breuiavit penitentiam eius Si uero noluerint aut non potest constitutum tempus
 peniteat per omnia

[4.6] Puer annorum X aliquis furti comedens. VII dies peniteat.

[4.7] Qui furat cibum. XL dies peniteat. Si iterum. IIII quadragensimas Si tertio anno Si quarto.
 iugio exilio sub alio abbe peniteat. [f. 18r]

[4.8] Si laicus monachus furtim duxerit aut intret in monasterio deo seruire uel humanam subeat
 seruitio

[4.9] Si quis seruo aut quecumque hominem quolibet ingenio in captiuitatem duxerit aut
 transmiserit. tres anni in pane et aqua peniteat.

[4.10] Si quis patri aut matri expulserit impius uel sacrilegos iudicandus est. et peniteat equale
 tempore quamdiu impietate exteterit *{sic}*

[4.11] Qui praebent ducatum barbaris si balicas *{corr. basilicas}* incenderit et si clericum Si uero [f. 18v] sanctimoniale bonos occiderint et innocentes ab ecclesia traxerint ductor. XIIIII annos peniteat.

[4.12] Pecunia quae in aliena prouincia ab hoste rapta fuerint idem regi alio superato. tertia pars ad ecclesia tribuat uel pauperibus quod iusso regis erat. et XL dies peniteat.

[4.13] Si quis domum uel aream cuiuscumque igne cremauerit. III annos peniteat. unum ex his in pane et aqua

DE PERIURIO FALSO TESTIMONIO ET MENDACIO

[5.1] Si quis perjurium fecerit [f. 19r] laici III annos. clerici V. subdiaconi VI. diaconi VII. presbiteri X. episcopi XII annos peniteant

[5.2] Qui praejurium *{sic}* fecerit in aecclesia XII annos peniteat

[5.3] Si in manu episcopi. aut presbiteri uel diaconi siue in altare uel crucem consegratam *{sic}* mentitus est. III annos peniteat. Si in cruce *{add. non}* consecrata. annum I peniteat.

[5.4] Si quis laicus per cupiditatem periurauerit. totas res suas uendat et donet pauperibus et conuersus in monasterio usque ad mortem seruiat deo. Si autem non per cupiditatem [f. 19v] mortis periculum incurrit III annos inhermis exul peniteat. in pane et aqua et duo absteneat se a uino et carnibus et dimittat pro se seruum aut ancillam ingenua et elemosyna faciat multa et post VII annos iudicio sacerdotis communicet

[5.5] Qui uero necessitate coactus sit III quadragintimas.

[5.6] Qui deducit alio in periurio ignorantem. septem *{sic}* annos peniteat.

[5.7] Qui deductus est in periurio ignorantem et postea recognoscit. I annum peniteat.

[5.8] Qui uero suspicatur quod periurio de[f. 20r]ductus est tamen iurat per consensu. II annos peniteat.

[5.9] Pro falso testimonio Laici I annum peniteant. Clerici II. Subdiaconi III. Diaconi IIII.
Presbiteri V. Episcopi VII annos peniteant.

[5.10] Si quis falsitatem commiserit VII annos peniteat. tres ex his in pane et aqua Qui autem consenserit. V annos peniteat

[5.11] Qui falsum testimonium dicit placeat proximo suo primo quale fratri inposuit tale iudicio damnetur iudice sacerdote

[5.12] Mendax uero per ignorantiam et non nocuit confiteatur ei [f. 20v] cui mentitus est et sacerdoti ora tacendi damnetur uel XII psalmos cantet

[5.13] Si uero de industria tres dies tacendi uel XXX psalmos si preest

[5.14] Mendax si pro cupiditate placeat largitate ei cui frustrauit

DE HOMICIDIUM ET SANGUINE EFFUSIONES IN MORTE Et si paruulo si oppressos hic qui sine baptismo moriunt et abortos qui membra sua abscidunt. et qui præbent ducatum barbaris

[6.1] Qui uoluntarię homicidium fecerit ad penitentiam se [f. 21r] iugiter submittant circa exitum {add. autem} uitę communione digne habeantur

[6.2] Qui non uoluntati sed casu homicidium perpetrauit. VII annos peniteat.

[6.4] Si quis occiderit monachus uel clericus arma relinquat. et deo seruiat uel VII annos peniteat. Qui autem episcopum. uel presbiterum occiderit regi iudicium de eo

[6.5] Si laicus alterum occiderit odii meditatione. Si non vult arma relinquere. VII annos peniteat. sine carne et uino.

[6.6] Qui occiderit hominem. XL dies abstineat se ab ecclesia. et postea superscriptam penitentiam agat. [f. 21v]

[6.7] Qui iussionem domini sui hominem occiderit XL dies ieunet Et qui occiderit hominem in bello publico cum rege XL dies peniteat

[6.8] Si per poculum aut per arte aliqua mala. VII annos aut plus peniteat

[6.9] Si mater filium suum occiderit XV annos peniteat. et numquam tet {corr. mutet} nisi die dominico

[6.10] Mulier pauperina VII annos peniteat.

[6.11] Mulier si occiderit filium suum in utero ante XL dies. uno anno penteat {sic} Si uero post XL dies conceptione ut homicida. tres [f. 22r] annos peniteat.

[6.12] Si quis clericus homicidium fecerit. X annos peniteat. ut res {corr. tres} ex his in pane et aqua

[6.13] Si quis homicidium casu fecerit non uolens V annos peniteat. tres ex his in pane et aqua

[6.14] Si ad homicidium consenserit et factus fuerit. VII annos peniteat

[6.15] Si uoluerit et non potuerit {sic} tres annos peniteat.

[6.16] Clericus V. Subdiaconus VI. Diaconus VII. Presbiter X. Episcopus XII annos peniteat.

[6.17] Si laicus proximum suum occiderit. VII annos peniteat.

[6.18] Si quis alium percuesserit et sanguinem fuderit [f. 22v] XL dies in pane et aqua. peniteat. Si diaconus sex mensibus Si presbiter annum peniteat.

[6.19] Cuius paruulus in neglegentia sine baptismo mortuus fuerit tres annos peniteat. unum ex his in pane et aqua.

[6.20] Si laici infantem suum oppresserint. uno annum. in pane et aqua peniteant. Et duo a uino et a carne abstineat se a luxuria tempus penitent.

[6.21] Si mulier abortum uoluntariae fecerit. III annos peniteat in pane et aqua

[6.22] Qui per rixam iectum debilem uel deformem hominum fecerit [f. 23r] reddat impensas medico et egritudinem restituat et medio anno. in pane et aqua peniteat si non habuerit unde reddere. annum I peniteat

[6.23] Si laicus per scandalum sanguinem effuderit reddat illi tantum quantum nocuit. et si non habuerit unde reddere soluat. opera proximo suo quamdiu ille infirmus est et postea XL dies peniteat. in pane et aqua.

[6.24] Qui iactum proximo dederit et non nocuit. una. uel duas. aut tres quadragintimas. in pane et aqua peniteat [f. 23v] Si clericus. annum. uel dimidio peniteat.

[6.25] Si quis quolibet membro truncauerit uoluntate sua. III annos peniteat unum ex his in pane et aqua

[6.26] Paruuli inuicem se percutientes. VII diebus si uero adulescentes XL diebus peniteant

[6.27] Si per uindictam fratris hominem occiderit tres annos peniteat. si conponis *{corr.}*
conponi} propinquis dimidio spatio

[6.28] Qui praebent ducatum barbaris. III annos peniteant. Si tamen non acciderit est rigis *{sic}*
christianorum sin. uero ictis armis usque ad mor[f. 24r]tem mundo mortui uiuant

[6.29] Si quis proprium seruum sine conscientia iudicis occiderit excommunicatione biennium
effusione sanguinis emundabitur

[6.30] Infans infirmus et pagano commendatus presbiteri. si moritur. presbiter. deponatur si
neglegentia parentum sit. anno uno peniteat.

DE MALEFICOS UENIFICOS SACRILEGOS SORTILEGOS ARIOLOS DIUINOS ET UOTA
REDDENTES NISI AD ECCLESIAM DEI. ET QUOD IN KALENDIS IANUARIAS IN
CERUULOS UEL UETULA DICUNT [f. 24v] et mathimaticos et missores tempestatum;

[7.1] Si quis maleficio suo aliquem perdiderit. VII annos peniteat. III ex his in pane et aqua.

[7.2] Si quis per amorem uenificus si[t] et neminem perdiderit Si clericus est. uno anno peniteat
in pane et aqua. Si diaconus III. unum ex his in pane et aqua. Si sacerdos V duo ex his in pane et
aqua. Et laicus dimidio anni peniteat Maxime si per hoc mulieris partum quis deceperit. III annos
peniteat. unus quisque superaugeat in pane et aqua [f. 25r] ne homicidium reus sit

[7.3] Si quis sacrilegium fecerit id est quos aruspices uocant qui auguria colunt per. aues aut quocumque auguriauerit. III annos. unum ex his in pane et aqua

[7.4] Si quis ut uocant sortis sanctorum quas contra rationem uocat *{corr. uocant}* uel alias sortes habuerit uel qualemcumque ingenio sortitus fuerit uel uenerauerit. III annos peniteat. unum ex his in pane et aqua;

[7.5] Si quis ariolos quos diuinos uocant aliquas diuina[f. 25v]tiones fecerit quia et hoc demonium est. V annos peniteat III ex his in pane et aqua.

[7.6] Si quis ad arbores uel ad fontes aut ad cancellos uel ubicumque nisi ad ecclesiam dei uota uouerit aut soluerit. III annos peniteat. unum ex his in pane et aqua.

[7.7] Si quis mathematicus fuerit uel inuocatio demonum mentis tollerit. V annos peniteat. III ex his in pane et aqua.

[7.8] Si quis emissor tempestatis fuerit. VI annos peniteat III ex his in pane et aqua.

[7.9] Si quis in kalendis ianuarii in ceruulo. uel [f. 26r] in uetula uadit. III annos peniteat quia hoc demonium est

[7.10] Si quis ad fanum communicauerit. XL dies in pane et aqua. peniteat. Et si iterum seruiendo per cultum hoc fecerit. III annos peniteat.

ITEM UNDE SUPRA de romano penitentiale

[7.11] Demonum sustenens licet petras uel holera habere sine incantatione

[7.12] Si quis mulier diuinationes uel incantationes diabolicas fecerit. uno anno. uel III quadragintimas. uel XL dies iuxta qualitatem culpe peniteat.

[7.13] Qui immolat demonibus [f. 26v] in minimis. uno anno. peniteat qui in magnis. X annos peniteat

[7.14] Si quis mulier filium aut filiam suam super tectum pro sanitatem posuerit uel in fornace. VII annos peniteat

[7.15] Similiter et qui grana arserit ubi mortuus est homo et pro sanitate uiuentium et domus. V annos peniteat.

DE CANONIS ANCIRITANI UNDE SUPER.

[7.16] Qui auguria auspicia quę sine somnia uel diuines quaslibet secundum more gentium obseruant. aut in domibus {corr. from dumibus ?} huiusmodi hominis introducunt [f. 27r] in exquerendis aliqua arte maleficiis aut domos suas lustrendi Si clero sunt abiciatur {sic} Si uero saecularis confessio pęnitentia quinquennio agant secundum regulas antiquitus constitutas.

[7.17] Qui cibum immolatum comedenter deinde confessus fuerit sacerdos considerare debet personam in qua. aetate uel quomodo edoctus fuerit aut qualiter contigerit. et ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur [f. 27v] et hoc in homini pęnitentia et confessione semper ho[**]no {corr. homino} quantum deus adiuuare dignatur cum omni diligentia conseruetur.

INCIPIT DE USURA ET CUPIDITATE AUARITIA ET QUI HOSPITES NON RECIPIT ET QUI MANDATA EUANGELICA NON CUSTODIT.

[8.1] Si quis usuras undecumquę exegerit. tres annos in pane et aqua. Qui permanet in auaritia alienetur

[8.2] Quicumque hospites non reqepit {corr. recepit} in domo sua sicut dominus praecepit et regna celorum promisit. Ubi dicit [f. 28r] Uenite benedicti patris mei. {Mt 25, 34} Quanto tempore hospite non recepit et mandata euangelica non adimpleuit nec pedis lauabit nec elemosinam fecit Tanto tempore peniteat. in pane et aqua. si non emendat

[8.3] Thensaurizans {sic} superflua in crastinum tempus per ignorantiam tribuat illa pauperibus Si autem per contentu arguentum uel elemosinam et ieunio sanetur iudice sacerdote Permanens autem in auaritia alienetur; [f. 28v]

[8.4] Qui repetit auferenti domini contra interdictum tribuat indigentibus quę repetiuit

[8.5] Clericus habens superflua donet ea pauperibus sin autem excommunicetur Si autem post penitentia. tempore quo uiuit in contradictione in penitentia semotus uiuat.

[8.6] Si quis cupidus aut avarus aut superbus aut ebriosus aut fratrem suum odio habuit. uel alia his similia quę denumerare longum est. III annos peniteat. et iuxta uires suas elemosynas faciat

DE IRA ET TRIS[TITIA] [f. 29r] [*****] {ras.}

[9.5] Qui se penitet quanto tempore contradicit tanto tempore peniteat.

[9.6] Qui diu amaritudinem corde retenit hilare uultu et laeto corde sanetur Si autem non cito eam deponit ieunio sacerdote iudici se emendit Si autem iterat abscidatur donec alacer laetusque cum pane et aqua cognoscat delictum suvm.

[9.7] Inuidus satisfaciat. ei cui inuidit si autem nocuit ei et largitionem fiaceat. {corr. placeat} et peniteat

[9.8] Qui causa inuidię detrahit uel libenter audit [f. 29v] detrahentem. IIII dies in pane et aqua separetur Si uero de eo qui pręest. VII sic peniteat. et seruiat ei debenter {corr. libenter} de reliquo Sed ut quidam ait non est detrahere uerum dicere secundum euangelium. corripe illum inter te solum et ipsum prius. si te non audit dic ecclesiae {Mt 18, 15, 17}

[9.9] Si uero uerbositate diligens fratrem deroget ei. uno uel duos dies tacens peniteat Si autem fabulationes XII psalmos cantet

[9.10] Mala non recipientum sanitatem [f. 30r] retractans nec iterum eis consentiant. uel uituperatione mali boni confirmandi obtentu aut lucubri miseratione medicus est ęstimandus. si ista tria defuerint detractatur et XXX psalmos in ordine cantet

[9.11] Detractionibus laici VII diebus peniteat. {sic} Clerici due ebdomade Subdiaconi III. Diaconi IIII. Presbiteri V. Episcopi sex.

[9.12] Si quis cum alio iram tenit in corde ut homicida iudicetur. Si non uult. reconciliari fratri suo quem [f. 30v] odio habet. tamdiu in pane et aqua uiuat. usque dum reconcilietur ei

DE ACIDIA SOMNULENTIA ET INSTABILITATE;

[10.1] Otiosos {corr. Otiosus} opere extraordinario honoretur

[10.2] Somnolentus uigilia propensiore. idem III uel sex psalmis occupetur

[10.3] Uacuuus instabilisque mansionem unius loci operis sed utilitate sanet

DE SUPERBIA BLASPHEMIA. IACTANTIA. UANA GLORIA. HERESIM.
CONTENTIONE. INOBOEDIENTIA. EXCUSATIONE. DELATURA. CORREPTIONE ET
MALAS COGITATIONES [f. 31r]

[11.1] Qui superbia ceteros qualibet dispectionem arguet primum satisfaciat eis deinde ieunet ad iudicio sacerdotis

[11.2] Contentiosus enim alterius sententiae se subdat. Sin autem anathematizetur ut regno dei est alienus

[11.3] Iactans in suis beneficiis se humiliet alioquin quidquid benefecerit humani gloriae {add. causa} perdit

[11.4] Malorum cogitationum indulgentia est si opere non impleat et consensu

[11.5] Qui aliam nouitatem extra scripturas uel heresim pr̄esump[f. 31v]sit. alienetur. Si autem penitet sua publice sententiam damnet. et quos decepit ad fidem. conuertat et ieunet. ad iudicium sacerdotis

DE BAPTISMO REITERATO ET DE OPERA DIE DOMINICO. ET QUI DIE DOMINICO IEIUNAUERIT. UEL QUI DICTO IEIUNIO CONTEMNIT.

[12.1] Quis bis baptizati sunt ignorantis non indigent pro eo penitentia nisi quod secundum canones non possunt ordinari. nisi pro magna necessitate.

[12.2] Qui autem [f. 32r] non ignari. iterum baptizati sunt. quasi iterum christum crucifice sunt. VII annos peniteant. IIII feria. et VI feria. et III quadraginsimis. si per uitio aliquo fuerit. Si autem pro munditia licitum potauerunt. III annos sic peniteat. {sic} Baptizati. a presbitero. non baptizato. iterum debent baptizari.

[12.3] De operibus die dominico. greci et romani nauigant. et equitant. panem non faciunt nec in curru ambulant. nisi ad ecclesiam. tantum nec balneant. [f. 32v]

[12.4] Greci non scribent publicum. tamen pro necessitate seorsum in domo scribent.

[12.5] Qui operatur die dominice. {corr. dominico} eos greci prima uice arguunt. secunda tollunt aliquid. ab eis. tertia uice tertia parti de rebus tollunt. aut uapulant. uel dies VII peniteant.

[12.6] Lauacrum capitinis potest esse in die dominico et in lexiuia pedes lauare licet

[12.7] Si quis autem die dominico pro neglegentia iejunauerit. ebdomadam totam debet abstinere. Si secundo [f. 33r] XX dies peniteat. si postea XL dies peniteat.

[12.8] Si pro damnatione diei iejunauerit sicut iudei. abominabitur ab omnibus ecclesiis catholicis.

[12.9] Si autem contempserit interdictum iejunium in ecclesia et contra decreta seniorum fecerit. sine quadraginta XL dies peniteat. Si autem in quadraginta annum peniteat.

[12.10] Si frequenter fecerit. et in consuetudinem erit ei. exterminabitur ab ecclesia. domino dicente. qui scandalizauerit. unum. [f. 33v] de pusillis. istis qui in me credunt. et reliqua. {Mt 18, 6}

DE RECONCILIATIONE ET DIUERSIS ET MULTIS MALIS.

[14.1] Qui multa mala fecerit id est. homicidium. adulterium. cum muliere et cum pecore. et furtum. eat. in monasterium et peniteat usque ad mortem.

[14.2] Si presbiter penitentiam morientibus abnegauerit. reus erit animarum. quia dominus dicit. In quacumque dies conuersus fuerit homo peccator. uita uiuit et non morietur. {Ez 33, 12} [f. 34r] Uera enim conuersio in ultimo tempore potest esse. quia dominus non solum temporis. sed cordis inspector. Sicut latro. unius momenti meruit esse in paradiso in ora ultima confessione.

[14.6] Penitentes secundum canonem non debent communicare nos autem pro misericordia post annum et sex mensis licentiam damus.

Source

PECU.700.1.1–2.8, 2.22–3.22; Epitome Hispana 16.2 (CVAI.442.2), 16.4 (CVAI.442.4), 17.22 (CORL.511.26); PECU.700.3.24–3.40, 3.42–6.2, 6.4–8.6, 9.5–11.5, 12.1–10, 14.1–2, 14.6

[f. 34v] Cum perimus {cum perim with macron over second m} id est que cupiditatis instincto deficientibus abbatis presbiteris. {prbis with macron over bis} uel hos qui per titulus {corr. titulos} deseruiunt. pr̄sidium quodcumque mortis tempore dereliquerint. ab episcopo. uel archidiacono. deripet augmentum ecclesie. uel episcopi. in iure ecclesie. reuocare. et ecclesiam dei per prauas cupiditates expoliata relinquit. Statuemus obseruandum ut neque episcopus. aut archidiaconus. exinde aliquid auferre [f. 35r] pr̄sumat. sed in loco ubi moriens hoc dereliquerit. perpetualiter debeat permanere. Si quis super hanc definitionem exinde aliquid abstulerint. anathematis extigmate feriantur.

Source

CPAR.614.10

INCIPIT SENTENTIA DE CANONCE INSTITUTIONIS.

[1] Non licet calendas ianuarias in ueculas ambulare. aut ceruulum facere. nec strinas diabolicas. obseruare. Sed ipsa die omnia beneficia tribuantur sicut reliquos dies.

[2] Vt omnes [f. 35v] presbiteri ad ciuitatem missos suos dirigant. qui eis principium quadragisimum adnuntient. et in epiphaniorum die ad populum interdicatur.

[3] Non licet compensos in domibus facere propriis nec prouigiliis in festiuitatibus sanctorum facere. nec intrinsentius. {sic} aut arbores. uel ad fontes. uota desoluere nisi cumque uota habet in ecclesia. uigilet. aut ad matriculas ipsum. aut pauperibus reddat. nec sculptilia. aut pedes aut hominem [f. 36r] ligneum facere non debeant. quod plus ad impedimentum quam ad profectum animę pertinere uidetur.

[4] Non licet ad caraius uel ad auguria nec ad sorticulos respicere. nec ad sortes quas sanctorum uocant. quas de pane aut de ligno ficiunt. nisi quidquid homo facere uoluerit in nomine domini faciat.

[5] Omnia intra supra dictis condicionibus prouigilius quos in honorem sancti martini obseruant omnino prohibete ut facere debeant.

[6] Vt cena domini [f. 36v] archipresbiteri chrisma petant et si ipsi in infirmitatem detenendi sunt et uenire non potuerint. archidiaconum. suum aut subdiaconus transmittant cum chrismario et lentiolo ueniant. sicut reliquię sanctorum deportare solent.

[7] Ut die dominico. proximo post. rogationes presbiteri. ad sidonum ciuitatis ueniant. ut si qua inter ipsos undique altercatio agitur canonice finiantur.

[8] Non licet de uino mellita quam mulsa appellant. nec ullo alio [f. 37r] poculum. excepto aqua uino mixtam offerre. qvia ad grande reatu. uel peccatum pertenit ad presbitero illo qui aliter facit.

[9] Non licet in ecclesia. choros secularios uel. puellarum cantica expetire. quia scriptum est. domus mea domus orationis uocabitur. {Is 56, 7; Mt 21, 13}

[10] Non licet in uno altario presbitero. una die duas missas dicere. nec. in altare ubi episcopus missam dixerit. presbiter. illa die non presumat missam dicere.

[11] Non licet in uigilia pasche [f. 37v] ante ora secunda noctis uigilias prospetire. quia ipsa nocte non licet ante medium noctem manducare aut bibere nec in natale domini. nec reliquas festiuitates.

[12] Non licet mortuum. eucharistia. uel osculum tradere. nec de uela aut de pallas quas in sacrificium super altare ponitur corpora eorum cum ad sepelliendum uadunt super feretro ponere

[13] Non licet diaconus de uela uel de pallas. [f. 38r] cum ad sacrificium uadit offerre. scapulas suas inuoluere.

[14] Non licet in baptisterio corpora sepellire [15] nec mortuum super mortuum quia grauis culpa est

[17] Quicumque propriam uoluntatem. aut in aqua se iactauerit. aut de arbore se praecipitauerit. aut de ferro se percuesserit. aut quolibet ingenium sibi morte tradiderit. istorum oblationem non recipiantur.

[18] Non licet absque paschę solemnitatibus ullum quam [f. 38v] tempore baptizare. nisi solo illos quibus mors uicina est quos grauatarius uocant. Quod si quis in aliam patriam contumaciam

facientem post interdictum hoc infantes suis ad baptismum detulerint. in ecclesias nostras non recipientur. Et quicumque presbiter ex nostrum permissum hoc facere praesumpserit. tribus mensibus ab ecclesia separetur.

[19] Non licet presbitero aut diacono aut subdiacono post acceptum cibum. uel poculum. missas tractare. nec in [f. 39r] ecclesia stare. ubi sancta missa celebrantur.

[20] Quod si presbiter. quod nefax est dicere. uel diaconus. aut subdiaconus. post accepta benedictione. infantes procreauerint. aut adulterium commiserint. et archipresbitero. aut episcopo. aut archidiacono. hoc non innotuerit. annum integrum non communicet.

[21] Non licet presbitero. post accepta benedictionem. in unum lectum cum presbiteria sua dormire. nec peccatum carnalem commiscere. nec diacono. nec subdiacono. [f. 39v] quod si fecerint. sciant se omnem honorem quod habent esse priuatus.

[22] Non licet relictam presbiteri. nec diaconissam. nec subdiaconissam maritum accipere.

[23] Si quis monachus in monasterio deprehensus fuerit aut peculiare habere presumserit. et hoc abbas. per se non emendauerit. et episcopo. aut archidiaconus hoc non innotuerit. ipse abbas ad penitentiam agendam in alio monasterio tribus annis reclaudatur.

[24] Non licet abbate uel quacumque [f. 40r] monacho ad secundas nuptias ambulare.

[25] Non licet abbate uel monacho filios de baptismo habere nec comatres.

[26] Si quis abbas aut propositus mulierem in monasterio ingredere precepit aut in festiuitatibus aliquas ibidem expectare premiserit. tribus mensibus in alio monasterio ad penitentiam agendam recludatur. tantummodo in pane et aqua uiuat.

[27] Non licet aliquis suam nouercam accipere uxorem [f. 40v]

[30] Non licet duas sorores. si una mortua fuerit. aliam in coniugio accipere.

[31] Non licet consobrinam suam hoc est de duabus fratribus procreatus in coniugio accipere. nec de ipsis si adhuc nati fuerint in coniugium numquam socientur. quia istas tales condiciones incertuosas esse uidetur.

[32] Non licet ut nepus auunculi uxorem accipiat

[34] Non licet presbitero aut diacono. in iudicio publico sedere unde homo morte tradatur. [f. 41r]

[33] Non licet presbitero. aut diacono ad trepallium stare. ubi rei torcuntur.

[35] Non licet presbitero. aut diacono. aut quecumque clericorum de qualibet causam clericum suum ad iudicem sécularem tradere aut accusare. quod qui fecerit. sciat se omnem honorem quod habet priuari.

[36] Non licet mulierem eucharistiam {corr. eucharistia} nuda manu accipere.

[37] nec de manum suam pallam dominicalem qui in altario est mittere.

[38] Non licet excommunicato communionem accipere [f. 41v] nec cibum sumere.

[40] Non licet presbitero aut diaconus aut quolibet monacho. inter epulas cantare. aut saltare. aut uerba turpeloquia dicere quod pertenit ad uitium. Si quis fecerit. XL noctibus in pane et aqua se absteneat. ut tanto modo uiuat.

[41] Non licet presbitero. aut diacono. quemquam conscribere. sed in uicem suam aut fratrem aut quecumque séculare roget.

[42] Non licet unamquemque mulierem quando communicat dominicalem suum [f. 42r] habeat. si quam non habuerit. usque ad aliam dominicam in pane et aqua uiuat.

[43] Quicumque iudex aut séculares quecumque clericum absque audientiam episcopi sui aut archidianus. {sic} aut presbiterum suum iniuriam facere pr̄esumpserit. annum integrum excommunicatus ab ecclesia separetur.

Source CAUX.561.1–15, 17–27, 30–2, 34, 33, 35–8, 40–43

Si presbiter. aut diaconus. gule aut ebrietatem aut desinat. aut certe ab officio regradetur.

Source Can.apost. 41 (42)

Similiter subdiaconus. Lectoris. siue laici. aut desi[f. 42v]nant aut exconprobentur.

Source *Can.apost. 42 (43)*

Quicumque clericus ab hostiarium. usque ad sacerdotem sine tunicam uisus fuerit. et turpitudinem suam non diligenter oppresserit. et non romano more comas tunsus fuerit. ab ecclesia separetur.

Source *Synod.I Patric. 6*

Si presbiter. aut diaconus ad debitoribus suis usuras exegerit ut certe ab officio regradetur.

Source *Can.apost. 43 (44)*

Vt clericus cum extraneis mulieribus habitare non debeat. pr  ter cum matrem aut cum sororem suam. aut cum [f. 43r] neptam suam. unde nulla suspectio sit.

Source *CNIC.325.3 (vers. Ruf.); cf. Coll.Hib.A 10.b, q*

Si quis. die dominico studit se iejuna non credatur esse catholicus.

Source *SEA 77 (64); cf. Coll.Hib.A 66.19.a*

Si quis augurias aut incantationem deseruiens a conuentu ecclesi  . separentur.

Source *SEA 83 (89)*

Si quis episcopus aut presbiter non tres inmissiones {corr. inmissionis} in fontes. unus misterius est celebrare. sed semel mergat in baptismum. quod dare uideatur in mortem domini deponatur.

Source *Can.apost. 49 (50)*

Clericus scurilis autem uerbis turpiis saeculares. si cum [f. 43v] grado regradetur. et si sine grado est excommunicetur. quia interdictum iejunium eruperit absque inuitabilem necessitatem regradetur.

Source *SEA 73, 76 (60, 63); cf. Coll.Hib.A 10.g, k*

Clericus qvi ad episcopum suum iniustam sententiam reciperit iudicetur. recurrat ad sinodum studiendum est episcopum ut desedentes fratribus magis ad iudicium cohortetur.

Source *SEA 88, 54 (66, 26)*

Clericus pro confessionem sectatus et incessus probit. et ideo non uestimentis nec c[a]ll[c]iamentis.

Source *SEA 26 (45); cf. Coll.Hib.A 10.a*

ut non iu[f. 44r]retur aliter. nisi uiuit dominus et uiuit animam tuam. {1Sm 25, 26} et uiuit dominus ante cui adsto. hodie. {3Rg 18, 15} finis autem contradictionis. adiuramentum est. {Hbr 6, 16} sed deum. omne enim quod amatitur hoc adiuratur.

Source *Synod.II Patric. 23*

Si qvis clericus excommunicus sit. eadem hora orationem facere et nec offerre nec baptizare non licet.

Source *Synod.I Patric. 28; cf. Coll.Hib.A 40.9*

[2.9] Si quis faciunt scelus uirilis sicut sodomite.

[2.10] si uero in femoribus duobus annis peniteant.

[2.11] qui uoluit et non potuit. annum peniteat.

[2.12?] De turpiloquium quod [f. 44v] ad rem non pertenit annum. uel tribus quadraginsimis peniteat.

[–] Si per ebrietate XL dies peniteat.

[1.2?] Si quis alium inebriat. aliut tantum peniteat.

[2.17] Si quis clericus semel fornicauerit annum peniteat. si filium genuerit. VII annos peniteat. in exilium deputatus.

[2.21] qui dixerit fornicemur et non est susceptus ab eum. XL diebus peniteat

Source *cf. PCUM.600.2.9–11, 2.12?; an unidentified canon; PCUM.600.1.2?, 2.17, 21*

[11.17] Si quis delaturas fecerit quod detestabile est. superiore sententia accipiat.

[11.18] Si quis laicus per ignorantiam cum hereticis communicauerit [f. 45r] stet. inter cathecuminis id est separatus ab ecclesia XL dies. et in aliis XL in extremis peniteat. et sic culpam diluat. Si uero postquam illi sacerdos predicauit ut cum hereticis non communicaret. et iterum fecerit. uno anno peniteat. et tres quadraginsimis. et in tres annis abstineat se a uino et a carnisbus.

[11.20] Si quis a catholica ecclesia. ad heresim transierit. et postea reuersus. non potest ordinari nisi post longam abstinentiam. aut per magna necessitate [f. 45v] huc innocentius papa. nec post peniteat. clericum fieri canonum auctoritate adserit permitte.

[11.21] Si quis contempserit nicine concilium. et fecerit pascha cum iudeis. XIIIII luna exterminabitur ab omni ecclesia. nisi penitentiam egerit ante mortem.

[11.22] Si autem orauerit cum illo quasi cum clero catholica septimana peniteat. Si uero neglexerit. XL dies peniteat. prima uice.

[11.23] Si quis orare uoluerit heresim. et egerit penitentiam [f. 46r] similiter et ille exterminabitur. domino dicente. qui mecum non est. contra me est. {Mt 12, 30}

[11.24] Si quis baptizatus ab heretico. qui recte trinitate non crediderit. iterum. rebaptizet.

[11.25] Si quis dederit aut acciperit communione de manu heretici et nescit quod catholica ecclesia. contradicit postea intellegans. uno anno peniteat. Si autem scit. et neglexerit. et postea penitentiam egerit. X annos peniteat. [f. 46v] alii iudicant VII annos. et humanius V annos peniteat.

[11.26] Si quis permiserit hereticum missam suam celebrare in ecclesia catholica et nescit. XL dies peniteat.

[11.27] Si pro damnatione ecclesię catholicę et consuetudine romanorum proiciatur ab ecclesia. sicut hereticus nisi habeat penitentia. si habuerit. X annos peniteat.

[11.28] Si recesserit ab ecclesia. catholica in congregatione hereticorum et alias pro sua dederit. et postea penitentiam egerit. XII annos [f. 47r] peniteat. IIII annos extra ecclesia[m] et sex. inter auditores. et duo adhuc extra communione. De his in canone dicitur. X anno {sic} communione sine oblatione recipient.

[11.29] Si episcopus aut abbas iuuerit monacho suo pro hereticis mortuis missa cantare. non licet. et non expedit oboedire ei.

[11.30] Si presbiter contigerit. ubi missa cantauerit nomina mortuorum et simul nominauerit hereticus cum catholicus [f. 47v] post missam intellexerit ebdomata peniteat. si frequenter fecerit. annum peniteat.

[11.31] Si quis autem pro morte heretici missam ordinauerit et pro legione sua reliqua sibi tenuerit quia multum iejunauit. et nescit differentiam catholicę fidei. et XIII. et postea intellexerit penitentiam quę egerit. reliquias debit igni concremare. et annum peniteat. Si autem scit et neglegit peniteri. ac motus. X annos peniteat. [f. 48r]

[11.32] Si quis fidem dei discesserit sine ulla necessitate et postea ex toto animo penitentiam accepit. III annos extra ecclesia. id est inter audientes iuxta nicine concilium. VII annos in ecclesia inter penitentes. et duo anni adhuc extra communionem.

DE MINISTERIO ECCLESIE. ET RELIQUA {RELIQ. MS} EDIFICATIONE UEL MISSAS
ET DIUERSAS NEGLEGENTIAS DE SANCTO SACRIFICIO. SEO {sic} DIUERSIS MALIS.

[13.1] Pro bonis rebus offerre debemus. pro malis nequaquam.

[13.2] Presbiteri uero pro suis episcopis [f. 48v] non prohibentur offerre

[13.3] Qui communicauerit nec ignorans excommunicato ab ecclesia. XL dies.

[13.4] Si qvis errans communicauerit aliquid de uerbis sacrorum ubi periculum adnotauerit. III superpositionibus faciat.

[13.5] Si sacrificium terratus neglegendo ceciderit. superpositio sit.

[13.6] Qui sacrificio aliquo perdes relinques illut feris deuorandum. si excussabiliter. III quadragintimas. sin. uero annum.

[13.7] Qui non bene custodierit sacrificium et mus comedit illut XL dies peniteat.

[13.8] Qui autem perdiderit in ecclesia. aut pars ceciderit et non inuenta fuerit. XL diebus peniteat.

[13.9] Qui perdiderit suum chrismal aut suum sacrificium in regione qualibet. ut non inueniatur.
III quadragintimas uel annum peniteat.

[13.10] Perfundens aliquid de calice super altare quando auferunt lenteamina. VII dies peniteat
aut si habundantius. superpositionibus VII peniteat.

[13.11] Si accedentes de manu sacrificium ceciderit. in [f. 49v] stramen. VII diebus peniteat a
quo ceciderit

[13.12] Qui autem infundit calicem in finem solemnitatis missæ. XL dies peniteat.

[13.13] Si uero neglexerit quis accipere sacrificium. et non interrogat. nec aliquid cause
excusabilis extiterit. superponat. Et qui acciperit sacrificium pollutus nocturno. sic peniteat.

[13.14] Diaconus obliuiscens oblationem adferre. donec auferatur lenteamen quando recitantur
nomina pausatium. Similiter peniteat [f. 50r]

[13.15] Qui neglegentiam erga sacrificium fecerit aut siccans uermibusque consumptum ad
nihil deuenerit. III quadragintimas cum pane et aqua peniteat. Si integrum inuentum fuerit
tres in eo uermis. conburatur *{hic nonnulla uerba desunt per homoioteleuton}*

[13.16] sacrificium. XX dies expleatur ieunium. conglutina uero VII diebus qui mersit. Qui
mergit sacrificium continuo bibat aquam que in chrismal. fuerit. sumat sacrificium et emendet
per dies decem culpam solus.

[13.17] Si ceciderit sacrificium [f. 50v] de manibus offerentis terratenus et non inueniatur omne
quocumque inuentum fuerit in loco in quo ceciderit conburatur et cinis ut supra abscondatur. et
sacerdos deinde medio anno damnetur. Si uero inuentum fuerit sacrificium locus scupe mundetur
et stramen ut supra igni conburitur. et sacerdos XX dies peniteat. Si usque ad altare tantum
lapsus fuerit. superponat.

[13.18] Si uero per neglegentia de calice aliquid stillauerit in terra [f. 51r] lingua lambatur. tabula
radatur. si non fuerit. tabula mittatur. non conculcet. urigine *{sic}* sumatur. ut supra. sacerdos L
dies peniteat.

[13.19] Si supra altare stillauerit calix. sorbeat minister stillam. III diebus peniteat. Si per linteo ad alium. VII dies si usque tertio. VIII diebus. Si usque ad quartum. XV diebus. Et lenteamina que tetigerit stilla. tres perabluat uicibus calice subter positus. et aqua ablutionis sumat.

[13.20] Si quando interluitur calix stillauerit [f. 51v] prima uice. XII cantet. a ministro.

[13.21] Si titubauerit sacerdos super oratione dominica quae dicitur periculosa si una uice. L plagis. Secunda C. tertia superponat.

[13.22] Qui euomit sacrificium sacrificium et canis sumitur. annum peniteat. Si in die quando communicauerit sacrificium euomuerit. si ante media nocte. Si post matutinum I superpositio *{sic}* faciat.

[13.23] Si uero sacrificium euomuerit. XL diebus peniteat. Si infirmitatis causa. VII diebus Si in igne proicit. C [f. 52r] psalmos cantet. Si uero canis lambuerit talem uomitum. C dies peniteat. qvi euomit.

[13.24] Qui communicauerit sanguinem in consciii. VII dies peniteat.

[13.25] Quicumque alicui capitale crimen admittent *{sic}* per ignorantiam communicauerit. VII dies peniteat.

Source

PECU.700.11.17–18, 11.20–32, 13.1–25

* * *

There follow excerpts from the Epitome Hispana (fols 52r–69v, collated by Martínez Díez).

* * *

[... f. 69v] DE MORTUIS QUIBUS NON PRODEST UIUORUM MISERATIO AGUSTINUS
AIT:

Sunt aliquos non adiuuant ista. quorum tam mala merita ut nec talibus digni sunt adiuuare.

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

Hieronimus. Quicumque uitiaticum uitę in uita sua non acceperit. post mortem que potest adiuuare:

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

De quattuor modis qvibus uiui adiuuant mortui. Origenis ait. Animę defunctorum IIII modis [f. 70r] soluuntur. aut oblationibus pręsbiterorum dei. aut elemosynis. aut pręces sanctorum. uel aut ieiunio cognatorum.

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

De. decreto ecclesię in tribus generibus mortuorum ecclesia romana decreuit. Ualde boni non egent remedium post mortem. quia seipsos in uita sua liberauerunt. Pro ualde malis non est necesse. que de eis iudicatum est. Non est fructuosum. nisi tamen elemosyna accipienda uiuis. et pauperibus [f. 70v] diuidendum. Pro ualde non malis. et pro ualde non bonis oblatio et oratio et elemosina et iejunium danda sunt. si non in uita professi sunt que crediderunt.

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

Agustinus ait. trea genera oblationis sunt. pro ualde bonis gratiarum actiones. Hoc est. deo gratias agunt que bene uixerit. Pro non ualde malis propitiationes quibus prosunt sacrificia. uel elemosinae. pro se offerre pietate suorum. si non ali[f. 71r]quid meritum pręparauerint in uita. Pro ualde malis si nulla adiumenta mortuorum. tamen consolationes uiuorum id est pauperum sunt.

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

Gregorius. O homo noli querere remissionem post mortem. nisi prius in uita quęseris. Dicit enim profeta. Redeme peccata tua elemosinis. {Dn 4, 24}

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

Gregorius. pro medico. si uel XXX sacrificia per XXX dies obtulero et liberatus est de poena. semetipso monstrante. [f. 71v]

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

Item. Gregorius. Uirum suum liberauit mulier de VII sigillis per VII sacrificia.

*Source**cf. Coll.Hib.A ...*

Hieronymus ait. lacrimas petri lego. satisfactionem eius non lege. abluunt ergo lacrime delictum quod uoce pudor est confiteri.

Source cf. Coll.Hib.A ...

De eo que degradatus sit semper

Sub gradu peccans. senodus ait. Quicumque sub gradu cecidit. sine gradu consurgit.

Source cf. Coll.Hib.A ...

Originis ait. iudas scarioth de gradu suo cecidit. et iterum non inuenit.

Source cf. Coll.Hib.A ...

De eo qui incertum sit [f. 72r] ut se priorem gradu episcopi meretur accipere post lapsum.

Patricius ait. Episcopus qui sub gradu peccat debet excommunicari. quia magna est dignitas huius nominis. tunc potest redimere animam suam post penitentia ad priorem gradum uenire difficile nescio. an. non.

Source cf. Coll.Hib.A ...

Hieronymus ait. Quicumque dignitatem gradus diuini non custodiunt. contempsus fiat animam suam saluare. reuertere autem in eum gradum. nescio. an. non. deus scit. [f. 72v]

Source cf. Coll.Hib.A ...

De ministerio que agit post penitentia sub gradu peccans. Agustinus. ait. qui sub gradu cecidit post penitentia contentus fiat. baptizare communione infirmis dare. et altario ministrare.

Source cf. Coll.Hib.A ...

De eo qui post gradu accipere priorem post lapsum. Iohannis in apocalypsin dicit. Memento unde cecidistis. age penitentia et opera tua priora fac. {Apc 2, 5} Eneus et primasius hoc denuntiat de sub gradu cadentibus; [f. 73r]

Source cf. Coll.Hib.A ...

De consultu senorum in his lapsis senodus decreuit. ut in peregrinationem exierint. et ibi ministrare sub manu abbatis. Humanius autem. hierbenses interpretauit causa paucitatis sacerdotum hęc denuntiat. ut post penitentia consecrentur per manus impositionum et in silentio ministrarent sub signo penitentię usque ad mortem nihil sua uoluntate facientes.

Source cf. Coll.Hib.A ...

De sermone esydori [f. 73v] de his labefactis esydorus ait. in epistola de penitentia sacerdotali. post lapsus. alibi legitur. In lapsu corporali restaurando honori gradu. post penitentiam. alibi post huiusmodi dilectum. nequaquam hii reparandum antiqui ordinis meritum. Hęc enim diuersitas ita distinguitur. {corr. distingitur} Illos enim a pristinos gradus redire canone precepit. quos penitentiae preces sint satisfactio uel digna peccatorum con[f. 74r]fessio. Ad contra hii qui neque a uitio correptionis emendantur. nec hoc ipsum carnale delictum que admittant. et quam uendicare quadam superstitione teneritate nitantur. nec gradu. utique honoris. nec gratiam communionis recipient. Ezechiel autem profeta. sub typu. pręuaricationis hierusalem ostendit. post penitentiam et satisfactionem pristinum restaurare honore. Confundere inquit. o. iuda. et porta homicidium [f. 74v] tuum. {Ez 16, 52} et post paululum inquit tu et filię tuę reuertimini ad quantitatem uestram {Ez 16, 55} quod tu confundere ostendit post confessiones. id est peccati opus debere quemque erubescere. et pro admissis sceleribus post. uerecundiam fontem homo prostratum demergere. pro eo que dignum confessionis perpetrauit. opus. Deinde ignominiam depositionis lugens cum humilitatem reuocari ad priorem statum per profetam poterit: Item. iohannis. euangelista [f. 75r] Angelo ephesi ecclesię. inter cetera scripsit. Memor esto unde cecideris et age penitentiam. et priora opera fac. Alioquin ueniam tibi et amoueo candelabrum tuum de loco suo. {Apc 2, 5} In angelo ecclesię prepositum. id est sacerdotem ostendit. Iuxta malachiam. qui dicunt. labia sacerdotis custodiunt sapientiam et legem se scirent. ore eius quia angelus domini est. {Mal 2, 7} prepositus ergo lapsus in uitia per euangelistam meretur [f. 75v] ut memor sit. unde ceciderint et penitentiam agant. et prima faciat opera. non mouentur candelabrum eius. hoc est. doctrina sacerdotalis uel honor potestatis. quam gestat. Intellegitur iuxta que scribitur. apud samuel de damnatione heli. Oculi eius caliginauerunt non poterant. {corr. poterat} uidere lucerna dei antequam extingueret. {1 Sm 3, 2–3} Lucerna quippe qui dignitate sacerdotali pollens iustię claritate fulgebat. [f. 76r] Extincta profeta adserit. dum ob sclera filiorum sacerdotis potestatem meritorumque lumen admisit. Candelabrorum ergo sine lucerna sacerdotes sunt. Elleguntur carissimata honoris que extinguntur. uel commouebuntur per admissa sclera. Non enim dixit pro eo que cecidisti commoueo candelabrum tuum. sed nisi penitentiam egeris commoueo candelabrum tuum. {Apc 2, 5} Ergo quemquam peccantem prepositum si peruenerit penitentiam utique [f. 76v] sequitur. perpositio meriti et in proverbiis qui abscondit sclera sua non dirigetur qui confessus fuerit et relinquerit ea misericordia

consequitur. {Prv 28, 13} nam per penitentiam IIII annorum in statum pristinum quemquam ex diuini iudicis sententia restaurandum patres sanxerunt. Legitur namque maria soror moysi profetiza. dum per obtractiones aduersus moysen incurisset. delictum illi constigmate lepre perfusa est. Cumque petisset moyses [f. 77r] ut emendaretur precepit eam deus extra castra egredi. VII diebus et post emendationem rursus eam. in castra admitti precepit. Maria ergo caro intellegitur sacerdotis. qui dum superbię sordidissimis contagiosis maculatur. extra castra VII diebus Id est extra collegium sanctę ecclesiae proiecitur. quibus post. emendatione loci siue pristine recipit meritum. sacris igitur testimoniosis explanauimus eum posse proprio honore restaurari [f. 77v] qui per penitentię satisfactionem nouit propria delicta deflere. Eum uero non posse. restaurari. qvi neglegit que gessit et lugenda sine ullo pudore relegionis uel timore iudicii diuini committit. Hucusque sermo efficio¹ dom̄ episcopi de penitentia sacerdotali quem ecitius ad mosonem episcopum portauit. Et noscendum que in hoc lectione. episcopus presbiter ad deinceps reliquos gradus sacerdotum nomine comprehendat. [f. 78r]

Source

Isidori Epistola ad Massonam

De elemosyna pro mortuis hieronimus ait. Elemosina non deneganda aut peccata redemit. aut poenas relenet aut remissionem in futuro prestet. Item. iudas machabeus obtulit. argentum pro uiris in bello occisis qui prius iuda pro furtum celebant que non fecisset si non profuisset in resurrectione. Quidam puer moriens uiuus est matri non una uice in ueste lugubri. sitiens et esuriens inde [f. 78v] mater eius indicauit sapienti qui dixit. offer uestem pro eo et cibum et obtulit inde apparuit et. in ueste candida et floribus bonis.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

qvid interest inter elemosina et iejunium. Hieronimus Agustinus. bonum est. iejunare. sed melius est elemosyna dare. Si quis utrum potest facere duo bona sunt. sin. uero elemosyna. suficit sibi sine iejunio. iejunium uero sine elemosyna omnino non prodest. Iejunium cum elemosyna duplex bonum est. [f. 79r] iejunium uero sine elemosyna nullum bonum. sicut autem lucerna sine oleo acceditur fumare potest lumen habere non potest. ita iejunium sine elemosyna. carnem quidem cruciat. sed caritatis lumine animam non inlustrat.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

¹ *efficio dom̄* obviously a corruption of the name *essiodori* (= *Isidori*).

Agustinus. ait. quattuor in penitentia consideranda sunt. Confessio. locus. tempus. habitus.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

senodus nicena dicit. qui ad militiam post professionem redeunt. et iterum conuersi. XIII [f. 79v] annos. peniteant.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

Quicumque inlicito matrimonio fuerint post penitentiam non debet fieri in una domo nec se inuicem causam amoris copolare.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

Qui demiserit adulterium agat penitentiam postea nec in uno domo nec in una uilla habitent.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

Uir uel mulier cum reuersi fuerint ad dominum. post peccatum suum nec in una ecclesia conueniant. nec sit inter eos salutatio nec beneficium nec uisus nec conloquium nec de uno fonte potum [f. 80r] nec alumnus inter utramque fiat uterque

Source

cf. Coll.Hib.A ...

Agustinus. ait in humiliis que mulier aut partum suum disperdit aut filium negauit. homicidium perpetrauit. mulier. siue uir. VII annos peniteat. districte Quicumque mulier hanc detestationem fecerit rea. his constituitur. ut suę animae aut homicidii in filium suum. inde definimus ei. ut XIII annos peniteat. Item nulla mulier potationem accipiat. nec filios aut conceptos. aut innatos occidat. quecumque autem mulier [f. 80v] hoc facit. ante tribunal christi sciat se cum illis causam reddituram. Item. nullas potationes diabolicas debeat mulieres accipere per quas iam non possunt concipere. Quecumque autem mulier hoc fecerit. quantoscumque concipere uel parere debuerit. tantorum homicidiorum rea esse cognoscerit.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

antiquas disputatio eos usque ad exitum. uitae. ab ecclesia. remouit. humanius autem definimus ut eis XV annos. difinitum penitentiam agat.

Source

cf. Coll.Hib.A ...

[f. 81r] INCIPIT INQUISITIO SANCTI HIERONIMI PRESBITERI. DE PENITENTIA;

XII triduanas cum tres psalterio inpletus. et CCC palmatas. excusant annuale penitentia. XXIII biduanas. cum tres psalterios {corr. psalterios} alio anno excusant. LXXV psalmi cum ueniant {sic} per nocte cum CCC palmatas. excusant biduanas. C psalmi cum ueniant per noctem cum CCC palmatas. excusant triduana. CXX missas speciales cum tres psalterios completos cum CCC. palmatas. excusant. C so[f. 81v]lidos aurum coctum in elemosina. Precipui psalmi hoc sunt:

Miserere mei deus secundum {Ps 50, 3}

Deus in nomine tuo saluum {Ps 53, 3}

Miserere mei deus miserere {Ps 56, 2}

Deus misereatur nobis et {Ps 66, 2}

Deus in adiutorium meum in<tende> {Ps 69, 2}

De istis psalmis qui conplet {sic} psalterium semper cum gloria sua fidant de dei misericordia quidquid iuste petierit domino prestat. Quia credimus de dei misericordia quia miserationes eius multa est.

Dicunt aliquid pro anno. uno in pane [f. 82r] et aqua. XII biduanas. pro alio anno XII uices. L psalmos genua flectendo canat. pro tres anni in ferenda festa quam legis biduana facta in psalterium cantet inmobilis stans. Pro IIII anno nudus CCC uirgas percussionis accipiat. Pro V anno. suum motum quantum ualet penset. et totum det in elemosina. Pro VI anno redemat se iuxta quod ualet. et de ipso pretio cui male fecit ille [f. 82v] restituat. et si iam non uiuit heredes legitimus querat. Pro VII anno derelinquit omnia mala et faciat bona. Et quid de istis impleri. aut non uult aut non potest relinquat sicut in penitentiale est scriptum faciat. Et quid de ipsis psalmos quod superius diximus implere non potest. elegat iustum qui pro illum hoc impleat. et de suo prelio aut labore hoc. redimat; [f. 83r]

Legimus in penitentiale. pro criminalibus culpis annum aut duo. uel tres. uel plus penitentiam. agere in pane et aqua. uel pro aliis minutis culpis mense uno aut ebdomata. Similie modo et apud aliquis hec causa. ardua et difficile est. Ideo que ita non potest facere consilium tamen. ut psalmos oratione uel elemosyna cum aliqu[*]s {corr. aliquis} dies in penitentia pro hoc. esse

debeat. Id est psalmos pro uno die quando in pane et aqua debet penitere [f. 83v] hoc sunt L flectendo genua et sine genua flectendo LXX infra ecclesiam aut in unum locum per ordinem canat. Per ebdomata quando in pane et aqua debet penitere CCC psalmos flectendo genua per ordinem psallant infra ecclesia aut in unum locum Sine genua flectendo. CCCCXX pro uno mense quando in pane et aqua debet penitere psallant psalmi. MD genua flectendo. MDCCCXX et post per omnes dies reficiant ad sexta. a carne et a uino abstineat se [f. 84r] alium cibum quidquid ei deus dederit et postea quam psallet sumat. et i {sic} si psalmos non nouit et quia iam penitere debet et ieunare per unamquamque diem det prætium denarium ualentem {sic} in pauperibus eroget. et ieunet unum diem usque ad nonam et alium usque ad uesperum et quid habet manducet.

Quando in uno debet penitere donet in elemosyna. XX solidos in unum diem ieunet. usque ad nonam et in alium usque ad uesperum. et in tres [f. 84v] quadraginsimis. de quantum sumet pensit et tribuat medietatem in elemosyna. in secundo anno remissione penitentiæ est. De natale domini usque in epiphania. et de pascha usque in pentecosten. Et qui non potest facere penitentia sicut superius diximus. In primo anno eroget in elemosyna. solidos XXVI. et in secundo anno solidos XX. et in III solidos XVIII. hoc sunt solidi LXIII.

Et de potente quomodo uis. redimat [f. 85r] de criminalibus culpis. recurrat. ad euangelium sicut zaccheus dominum {sic} dixit. Domine omnium dimidium bonorum meorum do pauperibus {Lc 19, 8} Et extra hoc adiunxit. si aliquid iniuste abstulit in duplum restituam. {Lc 19, 8} Et illi a domino meruit audire. quia hodie huic domui salus. {Lc 19, 9} aduenit. hoc remissio omnium peccatorum suorum secundum patrum traditionum. forsitan in presentem non sunt cui aliquid iniuste abstulit et non possit animus eius. sicut euangelium dicit [f. 85v] facere medietatem donet. Considerantibus hoc quantum ipse est pensatus argentum eroget in elemosyna. In tertio tantum quantum ualet ipse. argenteus aut de mancipientibus liberos aut captiuos redimat. et omnia que iniuste egit ab illo die non repetat. Et quod non desinerit peccare et non desinat caro et sanguinem christi communicare.

Legitur quia christus ieunauit. et qui nullum peccatum commisit. [f. 86r] propterea taliter his oportet nos aliquid agere de ispenso {sic} id est ieunio unamquamque ebdomata {sic} IIII et VI feria. uino uel etoleribus {sic} ciuis id est carne. similiter et de coniuge sua abstineat se. Aliis

diebus iuxta quod sunt. dies dominici et solemnitate sanctorum. seo {sic} legitimas quadragisimas. uel IIII et VI feria exiens scribtum est. qui plus laborauerit. plus mercedem accepit. Hęc sunt dies quia non computabitur [f. 86v] in penitentia. Dies dominico natales domini. epifania. pascha. ascensio domini. pentecosten. sancti iohannis. et sancte mariae semper uirginis. sanctorum XII apostolorum. uel sancti martini. seo {sic} efferendas festas illius sancti. qui in ipsa prouincia requirere uidentur.

Source

'Inquisitio sancti Hieronymi de paenitentia', on which see R. Haggenmüller, Die Überlieferung der Beda und Egbert zugeschriebenen Bussbücher (Frankfurt am Main, 1991), p. 134 n. 7; commonly transmitted with eighth-century penitentials (PBED.700, PECU.700, PREM.700, PVIB.700, PHAL.800, etc.). This same text found in Oxford, BL, Bodley 572, fols 80r–83r.

RESCRIPTUM BEATI GREGORII PAPE. AD AGUSTINUM EPISCOPUM;

Quem saxonia in prēdicatione direxerat. inter cetera et ad locum. per dilectissimus filius meus [f. 87r] laurentium presbiterum. et petrum monachum fraternitatis tuę scripta suscepi. in quibus me de multis capitulois requirere curasti. Sed quia prēdicti filii mei podagre. inuenirent doloribus afflictum. et cum urguerint citius se demitti. ita relaxati sunt. ut in eodem me dolorum afflictionem relinquerint. Singulis quibusque capitulois ut debui. latius respondere non ualui;

I. CAPITULUM

De episcopis. qualiter cum suis [f. 87v] clericis conuersentur uel de his que fidelium oblationibus accedunt altario quanto debent fieri portiones. Et qualiter episcopi. in ecclesia. agere debeant. Sacra scripture testatur quod. bene te nosse non dubium est. Et specialiter beati pauli ad timotheum epistolę in quibus erudire studiuit. qualiter eum in domo dei oportuisset conuersari. Mos enim sedis apostolice est. ut ordinatis prēcepta traderent. [f. 88r] et ex omni stipendio quod accidit. quattuor debeant fieri portiones Vna. uidelicet episcopo et familię propter hospitalitatem. atque suspicionem. Alia clero. Tertia pauperibus Quarta ecclesiis reparandis. Sed quia tua fraternitas monasteriis regulis erudita. seorsum uiuere non debit. clericis suis in ecclesia

anglorum que auctore deo nuper adhuc ad fidem perducta est Hanc debet conuersationem instituere. que initio [f. 88v] nascentes ecclesię fuit patribus nostris. in quibus nullus eorum ex his que possedebant aliquid suum esse dicebant. sed erat illis omnia communia. {Act 4, 32} si qui uero clerici sunt extra sacros ordines constituti qui se continere non possunt sortire uxores debent et stipendia sua exterius accipere. quia et de hisdem patribus de quibus pr̄fati sumus nouimus scribtum. quia deuidebatur singulis prout cuique opus erat. {Act 4, 35} De eorum [f. 89r] quoque stipendio cogitandum sit atque prouidendum est. ut sub ecclesiastica regula sunt tenendi. ut bonis moribus uiuant et canendis psalmis inuigilent. et ab omnibus inlicitis cor et linguam et corpus deo auctore conseruent. commune uita uiuentibus Iam de faciendis portionibus uel. exibenda hospitalitate [f. 89v] adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum quod superest in causis piis ac relegiosis erogandum est. dominum magistro omnium dicentem. Quod superest. date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis. {Lc 11, 41}

II. CAPITULO;

Cum una sit fides. sunt ecclesiarum diuersae consuetudines. Et aliter consuetudo missarum in sancta romana ecclesia. atque aliter. in galliarum ecclesiis. tenetur; Nouit frater[f. 90r]nitas tua romanę ecclesię consuetudinem in qua se meminit. nutritam ualde amabilem te habeat. Sed mihi placet. ut siue in romana siue in galliarum siue in qualibet ecclesia. aliquid inuenisti quod plus omnipotenti. deo posset placere. sollicite elegas et in anglorum ecclesia. que adhuc noua est ad fidem institutione pr̄cipua quam de multis ecclesiis collegere potueris infundas; Non enim [f. 90v] pro locis res. sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis quę pia. quę regulam. quę recta sunt elegas. et haec quasi in uasco collecto aput anglorum mens in consuetudinem depone.

III. CAPITULO;

Obsecro quid pati debeat si quis aliquid de ecclesia furto abstulerit hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest qualiter ualeant corregi; Sunt enim qvidam qui haben[f. 91r]tes subsidia furtum perpetrant. Et sunt alii qui hac in re ex inopia delinquunt. Unde necesse est ut quidam damnis qvidam uero uerberibus et qvidam districtius. quidam enim lenius corrigatur. Et cum paulo districtius. agitur ex caritate agendum est. non ex furore. quia ipse hoc pr̄statur qui corrigitur ne gehennę ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus sicut

boni patres car[f. 91v]nalibus filiis solent quos et pro culpis uerberibus feriunt. et tamen ipsos quos doloribus afflidunt habere heredes querunt et que possident. ipsis seruent quos irati insequi uidentur. Haec ergo caritas in mente tenenda est. et ipsa modum correctionis dictat. Ita ut mens extra. rationis regulam. omnino nihil faciat. Addes etiam quomodo ea quę furto de ecclesiis abstulerint reddere debeant [f. 92r] sed absit ne ecclesia. cum augmentatione recipiat quod de terrenis rebus uidetvr amittere et lucra de uanis querere;

III. CAPITULO.

Si loquinquitas itineres magna interiacet. ut episcopi. non facile ualeant conuenire. an deueant {corr. debeant} sine aliorum episcoporum presentia episcopum ordinare. Et quidem in anglorum ecclesia in qua adhuc. tu solus episcopus inueniris. ordinare episcopum non aliter sine episcopis potest. Nam quando de gallis episcopi [f. 92v] uenient qui ordinatione episcopo testes adsistant. Sed fraternitatem tuam ita uolumus episcopum ordinare ut ipsi sibi episcopi longo interuallo minime disiungantur. quatenus nulla sit necessitas ut ordinatione episcopi pastores quoque aliquorum praesentia ualde est utilis facillime debeant conuenire. Cum igitur auctore deo. ita fuerint episcopi in propinquis sibi locis ordinati per omnia episcoporum ordinatio [f. 93r] sine adgregatis tribus uel. IIII. episcopis fieri non debet. nam in ipsis rebus spiritualibus aut sapienter aut maturi disponantur. Exemplum trahere a rebus etiam carnalibus possumus. Certe enim cum coniugia in mundo celebrantur. coniugati quique conuocantur. ut qui in uia iam. coniugii processerunt. in subsequentis quoque cupulae gaudio misceantur. Cur. ergo non nubant. in hac spiritale ordinatione [f. 93v] qui per sacrum mysterium homo deo coniungitur talis conueniant qui uel in profecto ordinatis episcopis gaudeant. uel pro eius custodia omnipotenti domino preces pariter fundant;

V. CAPITULO;

Qualiter debemus cum galliarum atque brittanorum episcopis agere. In galliarum episcopis unam tibi auctoritatem tribuimus. quia ab antiquis prodiscessorum meorum temporibus [f. 94r] pallium. arlatensis episcopus accepit. quem nos priuare auctoritate perceptam minime debemus. Si igitur contingat ut fraternitas tua ad galliarum prouinciam transeat. cum eodem aretense episcopo debet. agere. qualiter si que non in episcopis uitia corrigantur. qui se forte in discipline rigore tepidus existat. tuę fraternitatis zelo accendendus est. Cui etiam epistolas fecimus ut cum tuę

sanctita[f. 94v]tis presentia in gallis et ipse tota mente subueniat. et que sunt creatoris nostri. iussione contraria ab episcoporum. moribus compescat. ipse enim extra auctoritatem propriam episcopum galliarum iudicare non poteris sed suadendo blandiendo bona quoque tua opera eorum imitatione monstrando. prauorum mentes ad sanctitatis studium reforma. quia scriptum est in lege. Per alienam messem transi[f. 95r]ens falcem mittere non debet. sed manu spicas conterere et manducare. {cf. Dt 23, 25} Falcem enim iudicii non potes in ea segete que alterius uidetur esse commissa. Sed per affectum boni operis frumenta dominica uitiorum suorum paleas expolia et in ecclesię corpore monendo et persuadendo quasi manendo conuerte. Quidquid uero ex auctoritate agendum est cum predicto arelatense episcopo agatur. nec pre[f. 95v]termitti possit hoc quod antiqua patrum constitutio inuenit. Brittanorum uero omnes episcopos tuę fraternitati commisimus. ut indocti doceantur. infirmi persuasione roborentur. persuasi. auctoritate corrigantur.

Obsecro ut reliquię sancti syxti nobis transmittantur. Fecimus que petisti ut quatenus populo qui in loco martyris corpus dicitur uenerare quia tuę fraternitati uerum sancta sit. uidetur [f. 96r] incertum sanctissimi et probatissimi martyris beneficia suscipiens. colere incerta non debeat. Mihi tamen uidetur quasi corpus quod a populo esse cuius martyris creditur. nullis hic miraculis corruscare. et neque aliquis de antiquoribus {sic} existunt. qui se a parentibus passionis eius ordinem audisse fateantur. Ita reliquię quas petistis seorsum conditę sunt. ut locus in quo prefatum corpus [f. 96v] modis omnibus obstruatur. nec permittatur populus certum deserere. et incertum uenerari.

VI. CAPITULO

Requisisti. si debent duo germani fratres singulas sorores accipere quę sunt ab illis longa progenie generati. Sed hoc fieri modis omnibus licet. ne quicquam in sacris eloqviis inuenitur. quod huic capitulo contradixisse uideatur. addens quia. in anglorum gente nuuercis et cognatis libere [f. 97r] misceantur. Sed sancta lex prohibet cognitionis turpitudine reuelari. Cum nuuerca autem miscere grauis est facinus. qvia in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui non reuelabis {Lv 18, 7} Neque enim patris turpitudinis filius reuelare potest. Sed quia scriptum est. erunt duo in carne una. Qui turpitudinem nuuerce que una caro cum patre fuit [f. 97v] reuelare presumpserit profecto patris turpitudine reuelauit. Cum cognata quoque misceri prohibitus est.

quia per coniunctionem priorum caro fratriis fuerat effecta. Pro qua. re. etiam iohannis baptista capite truncatus est. et sancto martyrio consummatus. Cui non est dictum ut christum negaret. et pro christi confessione occisus est. Sed quia isdem [f. 98r] dominus deus noster iesus christus dixerat. Ego sum ueritas. {Io 14, 6} Quia pro ueritate iohannis occisus est. uidelicet pro christo sanguinem fu[*]it. {corr. fudit} Quia uero sunt multi in anglorum gente qui dum adhuc in infidelitate posite essent. huic nefando coniugio dicuntur admixti. ad fidem uenientis admonendi sunt. ut se. absteneant et graue peccatum agnoscant. tremendum dei iudicium timeant. ne pro carnali dilectione [f. 98v] tormentę eterne cruciatus incurrat. non tamen pro hac re. sacre corporis ac sanguinis domini communione priuandi sunt. Ne in eis illa ulcisci. uideamus in qvibus se per ignorantiam ante lauacrum baptismatis adstrinxerunt. In hoc enim tempore sancta ecclesia. quedam per feruorem corredit quedam mansuetudinem tolerat quedam per consideratione dissimulat. ut sepe malum quod aduersatur [f. 99r] portando et dissimulando compescat. Omnis autem qui ad fidem uenient admonendi sunt. ne tale audeant perpetrare. Si que enim perpetrauerint corporis et sanguinis domini communione priuandi sunt. quia sicut in his qui per ignorantiam fecerunt culpa aliquatenus toleranda est. Ita in his fortiter insequenda. qui non metuvnt sciendo praeuaricare.

VII. CAPITULO

Requisisti. si pregnans mulier [f. 99v] debeat baptizari. aut postquam genuerit. post quantum tempore possit ecclesia intrare aut etiam baptizare ut ne morte occupetur quod genuerit. Post quod dies hoc liceat sacri baptismatis sacramentum percipere. aut post quantum temporis huic uir suus possit in carnis copulatione coniungi; Requisisti ut si menstrua consuetudine tenetur. aut in ecclesia intrare ei liceat. ut sa[f. 100r]crę communionis. sacramenta percipere. aut uir suę coniugi permixtvs priusquam labetur aqua si ecclesia possit intrare. uel. etiam ad mysterium sancte communionis accedere. quę omnia apud. anglorum gentem fraternitatem tuam arbitror requisitum. Cui. iam te responsum redde disse non ambigo. sed hoc quod ipse dicere et sentire potuisti. credo quia mea apud te uolueris responsione [f. 100v] firmari. Mulier etenim pregnans cur non debeat baptizari. cum non sit. ante dei oculos culpa aliqua fecunditas carnis. Nam cum primi parentes nostri. in paradiſo deliquissent. inmortalitate quam acciperant recto dei iudicio perdiderunt. Sed quia isdem omnipotens deus humanum genus in culpa sua funditus extinguere noluit. et inmortalitatem homini pro peccato suo abstulit. Et tamen pro benignita[f. 101r]te suae

pietatis fecunditatem subulis reseruauit. Quod ergo in natura humana ex omnipotentis. dei dono seruatum est. qua ratione poterit sacri baptismatis gratia prohiberi. In illo quippe mysterio in quo omnis culpa funditus extinguitur. ualde stultum est. si nodum *{sic}* gratię contradicere posse uideatur. Cum uero enix *{corr. enixa}* fuerit mulier pos *{sic}* qvod debeat dies ecclesia intrare. Testamenti uete[f. 101v]ris pręceptione dedicisti. ut pro masculo diebus XXXIII. pro femina autem diebus LXVI. debeat abstinere. {Lv 12, 4–5} Quod tamen sciendum est. quia in mysterio ęterno. si ora eadem qua genuerat. actura gratias intret ecclesiam nullo peccato pondere grauatur. Uoluptas enim carnis non dolor in culpa est. in carnis autem commixtione uoluptas est. nam in prolis prolatione gemitus. unde et ipse primo. ma[f. 102r]trimonio dicetur. in doloribus paries. {Gn 3, 16} Si ergo enixam mulierem intrare ecclesiam. proibimus ipsam ei penam *{corr. poenam}* in culpam deputamus. Baptizari autem uel nixa mulier uel hoc quod genuerit. si mortis periculo urguitur. uel ipsa ora eadem qua gignit. uel hoc quod gignitur eadem ora qua natum est nullo modo prohibitur. quia sancti mysterii gratia sicut uiuentibus atque discernentibus [f. 102v] cum magna discretione prębenda est. Itaque his quibus mors emminet sine ulla dilatione offerenda. ne dum adhuc tempus ad prębendum redemptionis misterium queritur. interuenientem paululum mora inuenire non ualeat quae redimatur. ad eius uero concubitum uir suus accedere non debet. quod adusque prolis que gignitur ablactetur. Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo [f. 103r] surrexit. ut mulieres filios quos gignunt nutrire contempnat. eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant. Uidelicet ex sua causa incontinentiae uidetur inuentum. quia dum se continere non uolunt dispiciunt lactare quos gignunt. Haec itaque quę filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum mulieribus tradunt. nisi purgationis tempora transierint uiris suis non debent aduinceri [f. 103v] quippe quia et si in partus causam cum inconsuetis menstruis detinentur uiris suis prohibentur. Ita ut morte lex sacra feriat. Si quis uero ad menstruatam mulierem accedat. quę tamen mulier dum consuetudinem menstruam patitur. prohibere ad ecclesia non debet. quia ei nature superfluitas in culpa non ualet repotari. Et per hoc inuita patitur iustum non est ut ingressus ecclesię priuetur. [f. 104r] Nouimus namque quod mulier qui pro fluxum patiebatur sanguinis post tergo domini humiliter ueniens uestimenti eius fimbriam tetigit. atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxum sanguinis posita laudabiliter potuit domini uestimentum tangere. quur que menstruum sanguinis patitur. ei non liceat domini ecclesia intrare. Sed dicit illa infirmitas conpulit. has de quibus loquimur consue[f. 104v]tudo constringit. Perpende autem frater karissime quia omne quod in hac mortali carne patimur ex infirmitate

nature est digno dei iudicio post culpam ordinate. Esurile namque sitire. estuare. algere. lassiscere ex infirmitate nature est. Et quid est. aliud. contra famem alimenta. contra sitim potum Contra estum auram Contra frigus uestem. Contra lassitudinem requiem querere [f. 105r] nisi medicamentum quidem contra egritudinis excludere. Femine itaque menstruus suos sanguis egritudo est. Si igitur bene presumpsit que uestimentum domini in languore posita tetigit. Quod une persone in infirmitati percipitur. Quur non concidatur cunctis mulieribus que nature suae uitio infirmatur. Sancte autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debit pro[f. 105v]hiberi. Si enim ex magna ueneratione percipere non presumit. Laudanda est et si perciperit non iudicanda bonarum quippe mentium est. ibi aliquo modo culpas suas agnoscere ubi culpa non est. Quia sepe sine culpa agitur quod uenit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus sine culpa comedimus ex culpa primi hominis factum est. Menstrua etenim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est [f. 106r] Uidelicet que naturaliter accedit. Sed tamen quod natura ipsa ita uitiata est. ut etiam sine uoluntatis studio uideatur esse polluta. ex culpa uenit uitium in quo seipsa qualis per iudicium facta sit humana natura cognoscatur. Et homo qui culpa sponte perpetrauit. reatu culpe portet inuitus. adque ideo feminę cum semetipsas considerant. et in menstrua consuetudine ad sacramentum dominici. cor[f. 106v]poris. ac sanguinis accedere non presumunt. de sua recte consideratione laudandae sunt. dum ad percipiendum uero ad relegiose uitę consuetudine eiusdem mysterii amore rapiuntur reprehendende sicut prediximus non sunt. Sicut enim in testamento ueteri. ora obseruantur opera. ita. in testamento nouo. non tam id quod exterius agitur. quam id. quod interius cogitatur. Sollicita intentione ad[f. 107r]tenditur. subtili sententia ponitur. nam cum multa lex uelut. inmundia manducare prohibeat. In euangelio dominus dicit. non quod intrat in os coinquinat hominem. sed quod exeunt de ore illa sunt que coinquinant hominem. {Mt 15, 11} Atque paulo post subiecit exponens. Ex corde exeunt cogitationes male. {Mt 15, 19} ubi ubertim indicatum est. quia illud apud omnipotente domino pollutum esse in opere ostenditur. quod [f. 107v] ex pulluta cogitationes radice generatur. Unde paulus apostolus dicit. Omnia munda mundis. coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum. {Tit 1, 15} adque mox eiusdem causa coinquationis adnuntians subiungit. Coinquinata sunt enim eorum mens et conscientia. {Titus 1, 15} Sic ergo ei cibus inmundus non est. cui mens inmundus non fuerit. Quur quod munda mente mulier ex natura patitur ei. inmunditia reputetur. [f. 108r] Uir autem cum propria coniuge dormiens. nisi lotus aqua intrare in ecclesia non debit. Sed neque lotus intrare statim debit. Lex autem ueteri precepit dicens. Ut mixtus mulieri et lauare aqua

debeat. et ante solis occasum in ecclesia non intraret. Quod tamen intellegi spiritualiter potest. quia mulieri uir miscetur. quando inlicitę concupiscentię animus in cogitatione per deliberatione con[f. 108v]iungitur. Quia nisi sol occidat. ecclesiam non intret. Quia nisi prius ignis concupiscentię a mente deferueat. dignum se congregationi fratrum estimari non debit qui se grauari per nequitiam prae uoluntatis uidet. Et quamuis hac de re hominum rationis diuersa sentiant. atque alia custodire uideantur. Romanorum tamen semper ab antiquoribus *{sic}* usus fuit. post admixtionem propriae coniugis [f. 109r] et lauacri purificationem querere et ad ingressum ecclesię paululum reuertentes abstinere. nec hec dicentes culpam depotamus esse coniugium. Sed quia ipsa licita ammixtio coniugium sine uoluntate carnis fieri non potest. A sacri loci. ingressus abstinendum est. quia uoluntas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Non enim de adulterio uel de fornicatione. sed de legitimo coniugio [f. 109v] natus fuerat qui dicebat. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea: {Ps 50, 7} Qui enim in iniquitatibus conceptum se nouerat. ad delictum se natum gemebat. Quia portat arbor in rubore humore uitii quam traxit ex radice. in qvibus tamen uerbis non ammixtione coniugium iniquitatem nominat. Sed ipsam uidelicet uoluntatem commixtionis Sunt etenim multa quae [f. 110r] legitimę et licite agimvs et tamen in eorum. actu aliquatenus fedamur. Sicut sepe irascendo culpas insequimur. et tranquillitatem in nobis animę perturbamus. Et cum rectum sit quod agitur. non est tamen adprobabilem quod in eis animus perturbatur. Contra uitia quippe delinquentium iratus fuerat qui dicebat. Turbatus est prę ira oculus meus. {Ps 6, 8} Nisi etenim tranquilla. mens non ualet. in contempla[f. 110v]tionis se luce supernę patrię intromitti. In ira ergo suum oculum turbatum dolebat. Qvi dum mala acta deorsum insequitur confundi atque turbari a summorum contemplatione cogibatur. Laudabilis ergo est ira contra uitium. et tamen molesta. quia turbatum se per *{corr. pro !}* aliquem reatum sentit. Sic itaque et bonum est coniugium. et tamen de uoluptate carnis habet apud se aliquem reatum. quia legitima carnalis copula oportet ut cau[f. 111r]sa. prolis sit. non uoluptatis et carnis commixtio creandorum liberorum sit gratia non satisfactio uitiorum. Si quis uero sua coniuge non cupide *{sic}* uoluptatis raptus Sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur. iste profecto siue de ingressu ecclesię. seu de sumendo dominicis *{sic}* corporis sanguinisque mysterio suo est iudicio relinquendus. quia a nobis prohiberi non debet accipere qui in igne positus nescit ardere: Cum uero non amor subo[f. 111v]lis creandi. sed uoluptas dominetur in opere commixtionis. Habent coniugis etiam de sua commixtione quod defleant. Quod enim eis concidet sancta prædicatio et tamen de ipsa

concessione metu animum concutit. Nam cum paulus apostolus diceret. Si quis se continere non potest habeat. uxorem suam. {1Co 7, 9} Statim subiungere curauit. Hoc autem dico secundum indulgentiam. non secundum imperium. {1Co 7, 6} Non enim indulgitur quod licet. quia iustum est [f. 112r] quod igitur indulgeri dixit. culpam esse demonstrauit. Uigilanti uero mente pensandum est. quod in sinai. monte dominus populo locuturus. ante eundum populum abstinere a mulieribus precepit. Et si illic ubi dominus per creaturam subditam hominibus loqvebatur tanta. prouisione est munditia corporis requisita. ut qui dei eloquia percepturi erant. mulieribus mixti non essent. Quanto magis mulieris qui uerum corpus dei omni[f. 112v]potentis accipiunt. custodire in se munditia carnis debent. Ne ipsa inestimabilis mysterii magnitudine grauentur. Hinc etiam ad dauid de pueris suis per sacerdotem dicitur. ut si a mulieribus mundi essent panes propositionis acciperent. quos. omnino minime perciperunt nisi prius mundus eos dauid a mulieribus fateretur. Tunc autem uir qui post ammixtionem coniugis lotus aqua fuerit. Etiam sacre commu[f. 113r]nionis mysterium ualuerit accipere. Cum ei iuxta prefinita sententia ecclesiam licuerit intrare.

VIII CAPITULO

Requisisti. si post inlusionem que per somnium solet accidere uel corpus domini quislibet. accipere ualeat. uel si sacerdos sit sacra solemnia celebrare. Et quidem hoc testamenti ueteris lex sicut superio capitulo diximus pollutum dicit. [f. 113v] Et nisi lotum aqua ei. usque ad uesperum intrare in ecclesia non concidet. Quod tamen specialiter populus spiritualiter intellegens. sub eodem intellectu accepit quo prefati sumus. quia quasi per somnium inluditur. Qui temptatur inmunditia uanis imaginationibus in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua ut culpas cogitationis lacrimis abluat. [f. 114r] Et nisi prius ignis temptationis reciderit. reum se quasi usque ad uesperum cognoscat. Sed est in eadem inlusione necessaria ualde discretio quę subtiliter pensare debeat ex qua re. accedat. menti dormientis. Aliquando enim ex crapula. aliquando ex nature superfluitate. uel. infirmitate. Aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturę superfluitate euenerit [f. 114v] omnimodo hęc inlusio non est timenda. quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendum est quam fecisse. Cum uero ultra modum appetitus gule in sumendis alimentis rapitur. atque idcirco humorum receptacula grauantur. habet exinde apud se animus aliquem reatu. non tamen usque ad prohibitione. percipiendi sancti mysterii uel missarum solemnia celebrandi. Cum fortasse aut festus dies [f. 115r] exigit. aut exhiberi ministerium. pro

eo quod sacerdos alius in loco deest ipsa necessitas conpellit. nam si adsunt alii qui implere ministerium ualeant. inlusio per crapula facta a perceptione sacri mysterii prohiberi non debet. Sed ab emolatione sacri mysterii abstineri ut arbitror humiliter debet. Si tamen dormientis mentem in turpi. imaginatione concusserint. nam sunt quibus ita plerumque inlusio nascitur. ut [f. 115v] eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non fedetur. Quare unum. in ibi ostenditur ipsa mens rea. non tamen fit. uel suo iudicio libera. cum se etsi dormiente corpore nil. meminit. uidisset. tamen in uigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Sin. uero et turpi cogitatione uigilantis oritur. inlusio dormientis patit animo reatus suis. Uidet enim ex qua radice. inquinatio [f. 116r] illa processerit. quia quod cogitauit sciens. hoc pertulit nesciens. Sed pensandum est ipsa cogitatio. utrum in suggestione. an. inde lectatione uel quod maius est in peccati consensu ceciderit. tribus etenim modis impletur omnem peccatum. uidelicet. suggestione. dilectione. consensu. Suggestio qvippe fit per diabolum. Dilectatio per carnem. Consensus per spiritum. Quia et primam culpam serpens suggestit. eua. uelut caro delec[f. 116v]tata est. adam uero uelut spiritus consensit. Et est necessaria magna discretio. inter suggestionem atque dilectionem. inter dilectionem atque consensum. Iudicem sui pr̄esedere animum. Cum enim malignus spiritus peccatum suggesterit in mentem. Si nulla peccati dilectatio sequatur. peccatum omnimodo perpetratum non est. Cum uero dilectare caro ceperit. tunc peccatum incipit nasci. Si autem ex dilibe[f. 117r]ratione consentit. Tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati semen est. In dilectione nutrimentum. In consensu perfectio. Et saepe contingit. ut hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione. Caro in dilectione trahat. nec tamen animę eidem dilectioni. consentiat. Et cum uero dilectare caro. sine anima nequeat. ipse tamen animus carnis uoluntatibus reluctatur. [f. 117v] In dilectione carnali aliquo modo legatur inuitus ut ei extra. ratione contradicat. nec consentiat. Et tamen dilectione ligatus sit. Sed ligatum se uehementer ingemiscat. Unde et ille c̄elestis exercitus pr̄cipiuus malis gemebat dicens. Uideo aliam legem in membris meis repunnantem legem mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati que est in membris meis. {Rm 7, 23} Si enim captiuus erat ... *[text ends imperfectly]*